q Auc. istam ita continuabitis ad. l. C. l. C. imponebat penam accipienti rem ecclesie contra. l. interdicta. hec aucten. non corrigit. l. C. sed quod dicebat. l. C. in re immobili maioris ecclesie constañ. idem dicit aucté. ista in re mobili cuiuslibz ecclesie. Preterea. l. C. puniebat accipientez titulo emptionis vel donationis vel permutationis: sed ista aucté. clari⁹ 7 latius distinguit contractus imponendo alias penas. Et ponit. iiij. casus principaliter 7 in fi. adijciuntur quedā verba Ir. ¶ Et primus casus est talis. si aliquis emit res mobiles ecclesie contra. l. interdicta: tenetur eas restituere cū fructibus perceptis 7 percipiendis: 7 de precio non habet regressum contra venerabilem locum: licet contra eum qui sibi alienauit habeat regressum. ¶ Secundus casus est si aliquis accipit res ecclesie per donationem: tenetur illas res immobiles reddere cum fructibus perceptis 7 percipiendis: 7 aliud tantūdem de suo tenetur restituere eccl'ie. ¶ Tertius casus est. si quis creditor mutuat ecclesie contra. l. interdicta: tenetur reddere sibi rem pignoratam: 7 nō habet regressum contra ecclesiam: sed contra iconomum qui sibi pignorauit. ¶ Quartus casus est. si aliquis accipit rem in empbyteosiz contra. l. interdicta: ab ea cadit: 7 quod soluit non repetit: immo statim debet soluere id quod soluisset ecclesie si contra. l. interdicta non contraduxisset. sed qd dicitur q actio detur emphyteosis acceptori contra iconomum: melius ē q denegetur ei ipso iure. hoc dicit ista auc. ¶ Uidete summariam expositionem littere. Tex. qui res. sub. immobiles locorum venerabilium. Tex. iam dictas in l. C. leonis. Tex. non gratuito titulo alienationis: vt emptionis 7 permutation's qui nō sunt tituli lucratiui: vt. j. de impo. lucra. descrip.' vnica. Tex. medij temporis idest cū fructibus perceptis 7 percipiendis. Tex. nullam habet actio. obstante doli exceptione. Tex. sed aduersus eum qui alienauit. hoc habent quidam in littera: sed quidam non habēt: sed subauditur quia hoc est quod addit hec aucten. ad. l. C. ¶ Sed dic mihi quam actionem habet contra eum qui accipit? non ex contractu: quia non tenuit vt hic. 7. j. de leg. 7 consti. l. non dubium? Respondeo habet actio. ex contractu ad dissoluendum quod de facto processit. sic 7. ff. de actio. emptio. 7 venditio. l. ex empto. §. si is qui vina. ibi quem ad agentem. Uel dic q aget condic. ex hac. l. quia hoc per hāc l. de nouo introducitur: vt. ff. de conditio. ex lege. l. vnica. ¶ Sed quid si non est soluendo ille qui vendidit? videtur q teneatur ecclesia: vt. ff. de eo, per quem factum. l. j. §. j. 7. ff. de lega. j. l. plane. §. j. Sed verius est q non teneatur ecclesia: quia ipse deliquit: quia emit contra. l. interdicta: vt not. s. eo. titu. l. iubemus nullam nauem. 7. j. vnde vi. l. meminerint. Tex. donatarius. incipit secundus casus. Tex. 7 aliud tantundem. sub. de suo prestet. Tex. creditor. icipit tertius casus: 7 intelligo de creditore qui accepit contra. l. interdicta: al's secus: vt in aucten. hoc ius porrectuz. Tex. habeat sub. 7 non contra ecclesiam obstante doli exceptione. Tex. emphyteosis. Incipit quartus 7 vltimus casus: 7 dicitur emphyteosis acceptor qui accepit rem ad meliorandum. Tex. ab ea. s. emphy. Tex. cadat ob doli mali except. Tex. si iure contraxisset. i. nō contra. l. interdicta. ¶ Unde not. si aliquis accepit rem immobilem ecclesie in emphy. contra l. interdicta cadet ab emphy. 7 nō repetet pensionē pteritaz quā soluit 7 futurā soluet: secus si tenuit contractus. sed cadet ab emphy. qr rem fecit deteriorem: vel qr non soluit per bieniū pensionem: qr non tenet de futura pēsione: vt statim habebitis in auc. qui rem huius. ¶ Or segnori vos nō debetis hic plus habere in ista auc. tamē qdā hñt hic plus. sz melius dicitur omnino denegandas actio. esse huiusmodi acceptori. sed ista verba nō sunt iusti. qr nō sunt in cor. auc. de alie. 7 emphy. §. si vero preter h. sed hec sunt verba Ir. 7 legunt quidam, hec verba ita vt non habeat actio. huiusmodi acceptor ⁊tra venerabilem locum vel iconomum: 7 referunt ista verba ad primum casum 7 dicunt. sz melius est omnino danegandas actiones esse huiusmodi acceptori obstāte doli excep. sed potest legi ita q non habet contra venerabilez ecclesiam act. ipo iure: nec contra iconomum ob doli excep. 7 referunt ista verba Ir. ad proximuz casum. ¶ Itē alij habent hic in fi. tabellionem 7 iudices ſm formā constitutionis puniendos. 7 que sit illa forma habuistis in. l. C. 7 ista verba bene sunt in cor. auc. de nō ali. aut permu. re. eccle. ij. colla. §. qr vero leonis. ¶ Or segnori hic ita breuiter insto. hec auc. dicit q non transit dominium. Sed. l. videtur contra. que videtur velle q si dolus dat cām contractui q non: ideo minus transit dominium in accipientem: vt. ff. de dolo. l. eleganter. in prin. Respondeo q ex inutili cōtractu dominium transit: vbi nominatim. l. dicit transire: vt in. l. cōtra. secus vbi prohibet transire: vt hic. 7. j. de. le. 7 consti. l. non dubium. ¶ Alij dicunt q hic est speciale fauore ecclesie vt non transeat dominium in accipientem: sed al's regulariter est contra. vt in. l. contra. ¶ Tex. sane ne omnis 7c. Or segnori explicita est prima pars. l. C. que est prohibitoria cum auc. ibi signatis: 7 explicita similiter secunda pars. l. C. que est punitoria cum auc. ibi signata. Hi incipit tertia pars huius. l. que est permissoria: 7 in ista tertia parte quattuor ⁊tinētur. Primo dicit. si in aliquo cāu res immobiles maioris ecclesie constan. non permittantur 7c. alienari: omnis via 7 occasio profutura ecclesijs venerandis esset interdicta: qd nō deberet esse: vnde ponit casum in quo eis permittitur alienare cum quadam cautela que sequitur. Scdo ponit casum in quo permittitur alienatio 7 est talis casus. si aliquis venit ad patriarcham vel ad iconomum 7 dicat: concedatis mihi tale predium ecclesie cum colonis 7 mancipijs hoc pacto vt proprietas remaneat apud ecclesiam 7 ego habeaz vsufru. certo tempore vel toto tēpore vite mee: 7 ego finito tempore illo reddam vobis aliud prediuz eque bonum. 7 q̄tum ad estimationem 7 q̄tum ad redditū: 7 hoc casu permittitur alienatio 7 ecclesia debet petitiōibus illis adherē: 7 de hoc cōtractu iconomus debet facere fieri scripturā in qua cōtineatur vsq ad qd tps h fit. Tertio dicitur si alicui res immobilis maioris eccle. constan. taliter fuerit cōcessa: finito illo tpe illud prediū 7 aliud pdiū eque bonū q̄tum ad estimationē 7 redditus pleno iure in ecclesiaz debet transferre cuz colonis 7 mācipijs ibidem existentibus. Quarto 7 vltimo dicitur q si preter formam istam res immobilis maioris eccle. constan. alienetur: non vz ipo iure alienatio immo res remanet 7 iure 7 dominio ipius ecclesie 7 iconomus rem immobilem ecclesie poterit vendicare ab accipiēte. hoc dicit ista tertia pars vsq in fi. legis. ¶ Or videatis expositionem littere. Tex. sane ne omnis religionis iconomus. segnori no. ex eo qd dicit religionis: appet q iconomi debent esse sacerdotes: vt. j. e. pri. l. omnia. Tex. necessario. i. vtiliter: vt not. in prin. huius libri. Tex. procedere concedimus. 7 hucusq durat primum dictum: 7 ordinatur ita littera. sane ne omnis via 7 occasio qd ē. j. cōmode prouisionis future venerandis ecclesijs profutura videatur exclusa religiosis iconomis: qd est. s. id qd vtile plerūq iudicatur 7c. ¶ Et in isto pximo dicto no. q si lex phiberet in oi cāu ne res imobilis eccle. possz alienari: ipa posset dānū pati: 7 ois occasio 7 via cōmode puisionis videretur interdicta: 7 iō aliqñ si est vtile pmittit: 7 ita facit ⁊ eos q nolunt recipere cōsiliū alienū: sz semper ita sue volūtatis sunt

q se

ꝙ se non mutant. nam pñt pati ex hoc dãnum. ¶ Unde no. ꝙ vtilitatis causa interdum a regulis receditur. vnde licet minoribus detur restitutio: nõ tamẽ semꝑ sunt restituendi: qꝛ non inueniretur qui vellet cum eis contrahere: vt. ff. de in integruꝫ restitu. l. scio. ⁊. ff. de minoribus. l. ꝙ si minor. §. semper. ⁊. §. non omnia. ⁊ ideo scriptum est in iure nostro. nulla regula debet esse ita firma ꝙ nõ recipiat instantiã aliquando. ⁊ omnis diffinitio in iure nostro est periculosa: vt ff. de regu. iur. l. j. ⁊. l. omnis diffinitio. Tex. si quando. Incipit secõ dictũ. Tex. expedire. s. ecclesijs. Tex. desideranti. ⁊ petenti. Tex. cuiquã. s. layco. Tex. temporalis vsufru. i. vsqꝫ ad. x. vel. xx. an. vl' toto tempore vite sue: vt. j. dicit. Tex. prestetur. ¶ Or segnori no. hic vnum no. optimuꝫ ꝙ inuenietis in omnibus antiquis instrumẽtis emphyteoticarijs. annuẽtes nos prior vel iconomus talis ecclesie cum cõsensu totius ca. in persona tua ⁊ successorum tuorum cõcedimus talem rem in emphyteosim. que forma est extracta ex littera ista. ⁊ hoc modo ẽt in antiquo formulario inuenitur. ⁊ ideo vocatur formularium: qꝛ ƀm illam formam scribunt rudes tabelliones ꝯtractus. ⁊ debetis scire vos domini sicut nos fuimus instructi a nostris maioribus: ꝙ dominus Jr. fuit primus qui fuit ausus dirigere cor suum ad. l. istam. naꝫ dominus Jr. erat magister in artibus ⁊ studium fuit rauenne. ⁊ collapsa ea fuit studium boñ. ⁊ dñs Jr. studuit per se sicut potuit. postea cepit docere in iure ciuili. ⁊ ipse fecit primũ formularium. i. librum oĩum instrumentoꝝ. ⁊ scripsit instrumentum emphyteoticum. ⁊ hic collegit qualiter cõtractus emphyteotici habeant celebrari. Tex. inter vtrosqꝫ cõuenerit. i. inter petentẽ rem ecclesie in emphyteosim ⁊ iconomũ. Tex. statuet. ¶ Unde no. ꝙ eq̃ valet pactũ qđ fit sine scriptura sicut cum scriptura: vt. j. de pactis. l. pactuꝫ. Sed hec regula recipit instantiam in casibus: qꝛ pactum non valet nisi fiat in scriptis dum tractatur de re ecclesiastica alienanda fauore ecclesie vt hic. ⁊ in auc. hoc ius. ⁊ in auc. perpetua. Item fallit in contractu emphyteo. qꝛ nõ habet ad breue tempus celebrari: vt. j. de iure emphy. l. j. ⁊. ij. ⁊. fallit in alijs casibus quos no. s. e. l. in auc. hoc ius por. Tex. manifestum. Hic incipit tertiuꝫ dictum. Tex. suo tempore. qꝛ nõ est designatũ aliud tempus. Tex. relinquat. al's relinquet. i. dimittat. Tex nisi enim. Incipit quartum dictum. Tex. hac conditione. s. relata. Tex. ab ecclesiasticis. s. personis si non est iconomus. Tex. vendicari. ¶ Or segnori in ista tertia ⁊ vltima parte que permissoria est no. ꝙ in hac. l. ponũtur tres virtutes. l. s. vetare permittere ⁊ punire: qꝛ. iiij. sunt virtutes l. vt. ff. de le. ⁊ se. con. l. legis virtus hec ẽ. ¶ Itẽ no. ꝙ si res ecclesiastice alienantur contra. l. interdicta: iconomus illas res potest vendicare. vel si non est iconomus ecclesiastice persone. ⁊ ad hoc facit. s. proxi. §. ⁊. j. e. l. sancimus. j. ¶ Sꝫ hic instatur. hec tertia pars huius. l. est fatua. ⁊ fatuus videtur ille qui vellet talem contractum cum ecclesia celebrare quis enim esset ille musardus qui vellet talem contractum cuꝫ ecclesia celebrare de quo hic dicitur: cum ergo non inueniatur aliquis qui velit talem contractuꝫ celebrare istud non erit vtile ecclesijs. ¶ Ad qđ potest dici si inueniatur qui faciat: fiat: al's non: qꝛ liberum est ⁊c. vt. j. de act. ⁊ obli. l. sicut in initio. ¶ Uel potest dici ꝙ plures inueniũtur qui fecerunt tales contractus. nam homines qui nõ habent filios ⁊ desperant habere liberos: libenter faciunt tales cõtractus. dicũt ipsi: si habeo abũde in vita mea sufficiat mihi ⁊ post mortem non curo de bonis. vnde quidam miles huius ciuitatis accessit ad me non est diu: ⁊ duxit me ad quoddam monasterium pro quodam molendino qđ erat sibi cõmune cum monasterio: ⁊ dixit mihi: ego vellem inire talem contractum cuꝫ ecclesia: vt cõcederet mihi vsufruc. sue partis molẽdini me viuo: ⁊ me mortuo hẽret ꝓprietatẽ mee partis: tunc dixi ego ei quare vultis facere hunc contractum? dixit: ego non habeo liberos: ⁊ ideo in vita mea volo gaudere: sed post mortem meam non curo de bonis. dixi ego ei bene poteris hoc facere per. l. C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus nulli. §. vlti. ¶ Or segnori explicita est hec lex leonis que est localis vt dixi. super hac tertia parte huius. l. que est permissoria legemus vobis. vij. auc. que sunt omnes ꝑmissorie. ⁊ ꝑmo legemus vobis auc. que incipit. hec vsus prestatio. secũdo auc. que incipit. si quas ruinas. tertio auc. perpetua. quarto auc. qui rem huius conductam. quinto auc. sed ⁊ permutare. sexto auc. item sibi inuicem. septimo auc. item si predium. ⁊ quidam habent istas duas auc. in vita bone legunt hic quidam al's auc. sed non consueuerunt legi: vt dicam vobis. j. ⁊ prodest legere per ordinem illa ratione qꝛ illa auc. hec vsus. prestatio. ponit eundem casum quẽ ponit. l. C. postea legemus vobis illas tres auc. que ponũt eundem contractum in. l. C. permissum. ⁊ incipit prima si quas ruinas. alia incipit perpetua quoqꝫ. alia incipit qui rem huius. nam iste tres auc. ponunt eundẽ cõtractum permissum in. l. C. postea legemus vobis alias tres auc. q̃ simil'r ponũt eundẽ casuꝫ quẽ ponebat. l. C. ⁊ incipit prima. sed ⁊ permutare. alia incipit. item sibi inuicem. ⁊ alia incipit. item si predium. vnde videatis eas per ordinem.

Hec vsus ꝓstatio. A.

Hec auc. est extensiua. ⁊ quẽ contractũ permittit. l. C. leonis i re mobili maioris eccle. constan. eundem contractum permittit hec auc. in q̃libꝫ ecclesia. Et auc. hec dicit duo. ¶ Primo dicit ꝙ contractus iste ꝯcessus in maiori eccle. constanti. vt possit alienare in certum vsuꝫ: vt dicit' in tertia parte. l. C. hic concedit' in qualibet ecclesia: ꝙ possit facere cõtractũ in vsum vel vsufru. vt dicitur in. l. C. ¶ Secundo dicit ꝙ si ecclesia concedit reꝫ in vsum: finito tꝑe illo debet res ea pleno iure ad ecclesiam redire: ⁊ eque bona alia in specto redditu: nec illa res que datur debet magis esse onerosa tributis q̃ᵐ fuit illa res ecclesie. Tex. hec vsus prestatio. sub ꝑmissa in maiori eccle. cõstanti. in. l. C. leonis in fi. ⁊ hec sunt verba Jr. cõtinuantis auc. ad. l. C. nõ aũt sunt iusti. Tex. locum hꝫ in omni domo. i. ecclesia. nam differentia est inter ecclesiã ⁊ domum religiosam: qꝛ domus religiosa vocatur xenodochiũ: vt. j. e. l. vt inter diuinum. Tex. quo finito. Incipit ƀm dictũ. Tex. res vtraqꝫ. i. illa que data est ab ecclesia gratia tꝑalis vsufru. ⁊ alia que totidẽ fructus reddat quã tenet' prestare: vt in. l. C. in fi. Tex. ea res sit. sub. ⁊ redditus ⁊ estimatiõis: sicut dicit. l. C. aperte in fi. ⁊ hec auc. est in cor. auc. in duobus locis in cor. auc. de alie. ⁊ emphy. §. si vero aliquis. al's. §. locationis. ⁊ in aucten. de nõ alie. aut permu. re eccle. colla. ij. §. finauté. nam vos debetis scire ꝙ fere omnes iste auc. sunt in cor. auc. in duobꝰ locis. ¶ Or segnori secundo loco habetis hic auc. signatam. si quas ruinas. ⁊ eam statim videatis.

Si quas ruinas. Auc.

Iam habuistis in. l. C. in auc. hec vsus prestatio. vnum casum in quo permittitur alienatio rei immobilis maioris eccle. constan. ⁊ aliarum ecclesiaruꝫ. in hac auc. ponit' alius casus in quo permittitur alienatio rei imobilis cuiuscũqꝫ ecclesie. Et est iste casus talis. si ecclesia habet domos ruinosas: si nõ possunt refici commode: potest eas cõcedere in perpetuam emphyteosim. Et hec auc. cõtinet in se quattuor dicta. Et primum dictum est tale: ecclesia hꝫ domuꝫ ruinosam: hanc domũ vult conducere layco in perpetuã emphyteosim: queritur vtrum possit? Et respondetur si ecclesia nõ potest reficere eam commode: potest eam concedere layco in emphyteosim: ⁊ laycus potest eam de ponere ⁊ reficere ⁊ vtetur materia deposite habitationis. ¶ Secundo dicit: pro qua pensione concedit ecclesia domũ ruinosam in perpetuam emphyteosim? Ad qđ respondet' si accipiens vult se obligare ad annuam pensionẽ soluendam ex die celebrati contractus minuetur pensio in tertiaꝫ partẽ: qꝛ si ecclesia cõsueta erat recipere sex extantibus edificijs minuet' in tertiam partem: qꝛ dabit pro quattuor. ⁊ sic minuentur duo de sex. ¶ Tertio dicit si ẽphy. nõ vult se astringere ad pensionẽ soluẽdã ex die celebrati ꝯctus: sed refecta domo vult soluere pẽsionẽ: tũc auget' pẽsio imediatate q̃ erat extãtibꝰ edificijs: qꝛ si erat ecclesia ꝯsueta recipe sex ꝓstabit ẽphyteota mõ. x. ¶ Quarto ⁊ vltimo ponunt' vba dñi Jr. q̃ nitit' red-

dere ratioñ diuersitatis inter scdm tertiuz casum. Et ratio illa est in secundo casu: quia emphyteota oneratur in vno quia ex die celebrati contractus soluit pensionem. vnde debet subleuari in alio vt ei diminuatur pensio. sed in tertio casu emphyteota subleuatur in vno: quia non prestat pensionem nisi ex die refecti edificij: vnde onerat in alio vt prestet medietatem pensionis. ea addita pensione in medietate que extantibus edificijs dari cõsueuerat. hoc dicit ista auc. ¶ Uidete litteram. Tex. si quas ruinas &c. Or segnori ista auc. consueuit reputari valde difficilis: sed ego non reputo eam difficilem: si intelligatis continuationē & casum & summariam expositionez littere. & continuatur hec auc. sic ad. l. C. vos in. l. C. & in aucte. hec vsus pstatio &c. dicatis vt dixi in casu. Or videatis expositionem littere. Si qs ruinas &c. idest ruinosas domos habent. Tex. memorate domus idest ecclesie siue alia loca religiosa. nam vos debetis scire q est ecclesia & domus dei. vltramontani appellant domum dei quod nos in vulgo appellamus hospitale. & hec priuilegia habent hospitalia. & hospitale diuiditur in multa nomina. & hec omnia reducũtur ad nomen illud ecclesia: vt. j. e. l. illo. & l. sancimus. & l. vlti. & hec omnia ponuntur in libro nouellarum de probi. ali. rerum ec. Tex. non valet. sub. vllo modo. vel non valet scilicet cõmode. quia paria sunt non posse vel cõmode non posse: vt. ff. de verbo. signifi. l. nepos proculo. & tale no. vobis. s. e. l. auc. hoc ius. Tex. & he dentur in perpetuam emphyteosim idest ad meliorandũ dari possunt sine prefinitione temporis: vnde emphyteosis grece latine dicitur melioratio. Tex. habitationis idest emphyteota poterit domum illam deponere: & vti illa materia ad suum sensum. & hoc est primum dictum. & super hoc primo dicto vos habetis q ecclesia domum ruinosaz potest concedere layco in perpetuam emphyteosim. ¶ Sed cõsueuit queri quã intelligamus perpetuam emphyteosim? que cceditur in psonam accipientis & duoruz successorũ: vt in auc. d nõ alie. aut permu. re. ec. §. emphyteosim. col. ij. Alij dixerunt q intelligemus hic perpetuã emphyteosiz. i. quãdiu soluet pensio: vt insti. loca. & con. §. adeo. & ff. si ager vec. l. j. & ij. ¶ Sed nos dicimus q hic accipiatur perpetua emphy. sine pfinitione temporis. i. quãdiu vixerit ipse & sui hredes: vt in auc. de alie. & emphy. §. si vero quedam. col. ix. vnde est extracta auc. ista. ¶ Unde no. q ista dictio perpetua sumitur equiuoce in iure nostro. nam qñqz dicitur ppetuum qd durat ad xxx. an. vt in actionibus dicit: que dicuntur perpetue. i. durare vsqz ad. xxx. an. vt. j. de cõsti. pe. l. ij. & j. de prescrip. xxx. vel. xl. an. l. sicut in rem. & insti. de perpe. & tẽpo. act. in prin. Aliquãdo dicitur ppetuum qd durat in vita alicuius. vnde societas cbitur in ppetuum. i. quãdiu viuit alter eorum: vt ff. pro socio. l. j. in pri. & l. nulla. Aliqñ dicitur perpetuuz ad vitam accipientis & duorũ successorum. vnde tota die dicũt ecclesie. cõcedo tibi in emphyteosim. i. in psona tua & duorum successoruz. & sic sumitur in auc. de non alie. aut pmu. re. ec. §. emphyteosim. col. ij. Aliquãdo di perpetuũ. i. quãdiu soluetur pensio: vnde agri ciuitatũ locant in ppetuum. i. qdiu soluet pensio: vt in pre alleg. §. adeo. & ad hoc facit. ff. si ager vec. vel emphy. peta. l. j. & ij. Aliquãdo dicitur perpetuuz. i. siue temporis prefinitiõe donec soluatur pensio vt hic. & in auc. perpetua. Aliquando dicitur perpetuuz. i. generale. vt j. de edendo. l. edita actio. & j. quãdo partes non pe. peten. accres. l. j. ¶ Or sequitur in littera. Tex. vt pẽsio. Et hic incipit scdm dictum. Et legitur vno modo sic: vt dixi in casu. ecclesia habebat domum ruinosam: hanc domum vult conducere laycis in emphy. perpetuam: pro qua pensione ccedet ecclesia domum ruinosam in emphy. ¶ Ad qd respondetur. si accipiens vult se obligare ad annuam pensionē soluendam ex die celebrati ctus ante domũ refectã minuetur pensio in tertia pte: q si ecclesia extãtibus edificijs csueuerat recipere sex: minuetur in tertiam partẽ: q dabit pro. iiij. & sic minuetur duo de sex. & sm hoc legetis ita litteram: vt pensio minuat in tertiã partem. sub. ecclesie nõ pstandã. sed diminuendã. Tex. ab ea que extantibus edificijs. i. eis non ruinosis. Dñs tamen Jo. & B. & Py. vident errasse circa articulum illũ. Ideo q volebãt fauere ecclesijs: & ponebãt exemplum sic. si iusta pẽsio domus ruinose quã vult conducere laycus ab ecclesia erat. iiij. emphyteota vult teneri ad pensionem annuam soluendam ex die celebrati contractus ante domum refectam: nunc erit augenda pensio in tertiam partem? vtpote vt prestet sex: & exponebãt ita litterã vt pẽsio minuatur. i. augmẽtetur. Sed hic intellectus est cõtra seriẽ littere. Preterea hoc est ridiculosuz dicere: q si emphyteota vellet soluere annuam pensionez ex die celebrati contractus: q postea pensio ei in tertiam partem augeretur: nam hoc nõ prodesset: immo esset sibi dãnosuz emphyteote: & iõ prior lectura est verior. ¶ Or sequitur tertium dictũ. Tex. aut prius &c. sub. quã velit soluere pensionem eo edificãte. Tex. ex additis illis. i. illi domui. Tex. per extimationẽ pẽsionibus mediatas. sub. aucte pensionis. & nihilominus tota pensio. Tex. detur. i. augeatur. Et ponetis ita exemplum: q dicebat emphyteota nolo obligari ad annuam pensionẽ soluendaz ex die celebrati contractus: sed ex die refecte domus. vnde si interim currit annus ante refectionez domus: pro illo anno nolo teneri ad pensionem soluendam. & idem si curreret biennium vel triennium. sed refecta domo volo teneri ad pensionem & non ante. sed q iste contractus ecclesie esset damnosus dicit ita lex. Si vis mihi ludere de tali mercato: & ego ludã tibi de alio mercato: q videbimus que erat iusta pẽsio extantibus edificijs ante refectionem. q si erat sex: hodie refecta domo prestantur. ix. & ita augetur pẽsio in dimidia propter refectionem. & hucusqz durant verba iustiniani. ¶ Incipit quartum dictum que sunt verba Ir. non iustiniani. & videt dominus. Ir. inter scdm & tertiũ casum reddere rationem diuersitatis. Tex. nam priore. i. secũdo qui est prior tertio: non intelligatis in primo cãu huius auc. Tex. prestanda est pẽsio. s. ecclesie. sed in tertio cãu non est prestanda: nisi ex die refecte domus. vnde quia oneratur emphyteota in vno q soluit pensionem ex die celebrati cõtractus añ refectam domum: in alio debet subleuari vt minuatur ei pensio in tertiam partem. sed in tertio cãu subleuatur in vno: q debet soluere solum post refectionem domus pensionem. vnde in alio debet onerari: vt augeatur pẽsio in medietatem: & hac ratione ratio domini Ir. videt esse bona: q plerũqz qui subleuatur in vno &c. vt. ff. ex qui. cau. maio. in inte. resti. l. j. in prin. & ff. de iureiuran. l. cum qui. in prin. & j. de peti. here. l. vlti. Itẽ adiuuatur hec ratio domini Ir. & alia ratione: q si emphyteota obligat se ad soluendaz pensionẽ ante refectam domum: ipe affligitur in vno q soluit pensionem ante refectaz domum ex die celebrati ctus. vnde iaz affligeretur in alio si deberet augeri pensio: & afflictio nõ debet augeri afflicto: vt. j. de epis. au. l. taz de mẽtis. sed non sic in tertio casu. ¶ Or segnori ad hanc auc. opponitur: q hec auc. in prin. premittit dare domum ruinosam in perpetuum emphy. Sed. l. videtur contra. q in persona accipientis & duoruz successoruz dumtaxat debet dare ecclesia in emphy. vt in auc. de non ali. aut pmu. re. eccle. §. emphyteosim. colla. j. Ad qd potest dici q ille. §. est correctus per. §. q vero quedam. qui est in auc. de ali. & emphy. colla. ix. qui. §. est posterior illo & non est nouũ &c. vt. ff. de le. & cõ. l. no est nouum. ¶ Uel potest dici hec auc. loquitur in rebus ruinosis: que pñt indistincte dari in perpetuã emphy. illa in rebus non ruinosis: quia quedaz ecclesie dant imperpetuam emphy. quedam non. ¶ Ad solutionem cuius cõtrarij vos ita distinguetis vt consueui distinguere. Cuz qs dat rem immobilem in emphy. aut est priuata persona: aut ecclesia. Si priuata persona vult dare rem immobilem in emphy. potest facere & dare ruinosam: & non ruinosam: & potest dare in perpetuum & ad tps. s. in personam accipientis & duorum successorum: & etiaz quãdiu pensio soluatur: vt insti. loca. & cõ. §. adeo. & j. de iure emphy. l. j. ij. & iij. & q contractus legem ex conuentione accipiũt: vt. ff. depositi. l. j. §. si conuenerit. Si autem ecclesia vult dare in emphy. rẽ immobilẽ: tũc subdistinguo: aut vult dare rẽ imobilẽ ruinosam: aut ob cladẽ factã deteriorẽ: aut rem nõ ruinosam. Si ecclesia vult dare rẽ immobilẽ in emphy. ruinosaz vl factã deteriorẽ ob cladẽ: ois ecclesia põt in ppetuã emphy. dare ẽt sine pfinitione tpis tali pẽsione pstanda: vt si ab initio ex

die

die celebrati contractus pro tempore currēte velit soluere pensionem ante domum refectam: pensio diminuatur sibi in tertiam partem non prestandam ab ea que recipiebatur adhuc extantibus edificijs. Si autem ab initio nolit soluere pensionem ex die celebrati contractus: sed ex die refecte domus pro tempore currenti non diminuitur pensio que colligebatur adhuc extantibus edificijs sed integra pstabitur, ⁊ insuper dimidia augmentate pensionis propter refectionem prestabitur: vt in auc. si qu as ruinas. ⁊ in auc. sequenti hēbitis in. §. autē si ob cladē. si autē eccl'ia vult dare i ēphy. rem immobilem nō ruinosam: maior ecclesia constanti. cuȝ alijs ecclesijs que sunt posite in eadem ciuitate in sua diocesi: exceptis monasterijs dat ⁊ ꝯcedit in emphy. nō in perpetuum: sed dumtaxat in personam accipientis ⁊ duorum successorum. ⁊ sic intelligo in cor. auc. de rebus ec. nō alie. §. in emphy. monasteria vero cōstāti. ⁊ alie ecclesie de mūdo dant in ppetuam emphy. vt in auc. de alie. ⁊ emphy. §. j. ⁊. ij. h̄ etiam super illis tali pensione statuēda: qualis erat eo tpe quo ōdicata fuit ecclesie: nec diminuēda: nisi in sexta parte eius pensionis que erat. ¶ Or segnori sequitur auc. perpetua quoqȝ emphyteosis ⁊c̄.

Perpetua quoqȝ. A.

Segnori ista auc. perpetua legitur duobus modis. Et vno mō ꝙ ponat. iiij. casus. Primum casum in re non ruinosa. Secundum in re ob cladē deteriore facta. Tertiuȝ in re non ruinosa preciosa que parū vtilitatis afferebat ecclesie. Quartū cum res datur in emphy. que res debet dari. ⁊ hec est lec tura dñi Azo. ¶ Legit̄ ⁊ alio mō vt dñs meus intelligebat. ⁊ ego lecturam eius veriorem puto. Et ħm eum primus casus loquit̄ in re nō ruinosa: nō ob cladē deteriore facta. Secundus casus loquit̄ in re nō ruinosa: sed ob cladem deteriore facta. Tertius casus loquit̄ in re nō ruinosa sed preciosa: tñ parum vtilitatis afferēte. Quartus nō mutatur. Ego tñ premittā hanc lecturā dñi mei quā puto verā: ⁊ postea in littera ꝓsequar illaȝ domini Azo. ¶ Et auc. ista dicit. Si ecclesia rē non ruinosam vult cōcedere in emphy. perpetuā potest hoc facere cuȝ iuris solēnitate: vt admistrator ecclesie accedat ad eum a quo ordinatur vt iuret ꝙ vtile est ecclesie hanc rem dare in emphy. ⁊ tunc pensio nō debet diminui nisi in sextam pteȝ: vt si pensio erat sex detur pro. v. ¶ Secundus casus est. si ecclesia hȝ rem non ruinosaȝ. sed ob cladē deteriorē factam: cum p̄dicta solēnitate iuris pōt dare in emphy. perpetuā: sed pensio nō diminuet̄. ¶ Tertius casus est. si ecclesia habet rē non ruinosaȝ p̄ciosaȝ que parū vtilitatis affert. puta qꝛ hȝ domū preciosam in loco remoto hanc domū potest dare in ppetuā emphyteosim: ⁊ tūc estimatur districte qd valeat. ⁊ tūc cōstituet̄ pēsio que infra xx. an. faciat preciū rei. ⁊ ħm illā dabit̄ in emphy. ¶ Quarto ⁊ vltimo dicit ꝙ illa res ecclesie debet dari in ēphy. que magis videat̄ vtile dari iconomo ⁊ alijs gubernātib⁹ eccl'iā hoc dicit hec auc. ¶ Uidete expōneȝ lr̄e. Tex. ppetua in his pmittit̄ rebus. s. ecclesiasticis nō ruinosis. Tex. si res. i. cōtractus vel obligatio: vt. j. de ꝓba. l. cū res. Tex. assignat̄ ēx. l. j. corā iudice ordi. Tex. his quoꝝ interest. i. administratoribus eccl'ie: vt in auc. hoc ius. habuistis. Et no. cū qd fit in preiudiciū alicuius dȝ fieri eo p̄sente vel citato. ff. de adop. l. diuus marcus. Tex. q fuit ⁊c̄. i. eo casu. Tex. parteȝ. ⁊ hoc est primū dictum: ⁊ loquit̄ in re nō ruinosa. ⁊ hoc primū dictuȝ est i corpore auc. de ali. emphy. §. hoc quidē super his cetera verba que sequuntur sunt in cor. auc. de non ali. aut permu. re. ec. §. qꝛ vero. ¶ Or segnori ad id qd̄ dicitur hic oppo. Hic dicit̄ ꝙ res nō ruinosa datur in perpetuā ēphy. iurante administratore coram suo ord̄. ꝙ expedit ecclesie: quo casu dabitur ⁊ non diminuetur pensio: nisi i sextā partem. Sed nonne dierat iste administrator qui iurat? nonne diminuetur pensio? nam si erat sex dabitur pro. v. h̄ non agitur vtilitas ecclesie: ⁊ ipse iurat ꝙ expedit ecclesie. ¶ Ad qd̄ vos dicetis ꝙ non deierat: qꝛ hoc est vtilitas ecclesie: qꝛ si res efficiatur deterior. damnū scilicet deteriorati ōis pertinet ad emphyteoticariū non ad ecclesiaȝ: vt. j. de iure emphy. l. j. in fi. vnde qꝛ emphy. suscipit in se periculū rei: propterea expedit ecclesie cōcedi rem in emphy. ⁊ diminuetur pensio in sextam partē. ⁊ hec est vera responsio ħm ꝙ. ll. nostre volunt fieri cōtractum emphy. qꝛ volunt hoc modo fieri. accipio rem in emphy. ⁊ diminuitur pensio in sextā ptem illa ratione: quia periculum deteriorationis pertinet ad me emphy. nō auteȝ peremptionis. dñs autē Azo retulit se ad consuetudinem non ad. l. qꝛ est alia consuetudo in hac ciuitate: qꝛ ecclesie nō concederet in emphy. etiā si emphy. iustā pensionem vellet dare. sed fit hoc mō in ciuitate ista: qꝛ emo rem ab ecclesia in ppetuam emphy. ⁊ soluo ei preciuȝ: ⁊ annuatim pro pensione do vnū denarium iure emphy. sed iste contractus reprobatur in auc. de non alie. aut permu. §. lex. qꝛ est contractus adulterinus ⁊ reprobatur a lege. ¶ Sed denuo ad primum dictū huius auc. opponitur: qꝛ hic dicit diminuendā pensionem in sextaȝ partem: sed auc̄. si quas ruinas. dicit diminuendam in tertiā. ¶ Breuis est responsio. illa loquitur in rebus ruinosis: h̄ in rebus nō ruinosis. Tex aut si. Incipit scd̄m dictū. ⁊ loquitur in re nō ruinosa: sed deteriore facta ob cladem. Tex. fuit scilicȝ pensio. Tex. tunc. i. eo casu. Tex. constante pensione. que est nunc. Tex. in emphyte. detur subaudiunt quidaȝ nulla maiori diminutione facta ꝙ̄ȝ in tertiam: alij ꝙ̄ȝ in sextam partem. Uel dicatis verius ħm Ja. ꝙ in nihilo minuetur pensio si ob cladeȝ deterior est facta: vt i auc. si quas ruinas dixi. Tex. ꝙ si res. Incipit tertiuȝ dictū ⁊ loquitur in re non ruinosa. sed preciosa que parum vtilitatis afferebat. Tex. subtiliter al's est vtiliter. Tex. iusta pensio constituatur que in. xx. annos faciat precium: vt probatur aperte in auc. de nō alie. aut pmu. re. ec. §. qꝛ vero. Alij dicūt ꝙ iusta pensio est que imponitur arbitrio iudicis. vt. ff. de iure deliberan. l. j. ¶ Or sequitur auc. qui rem huius conductam.

Ui rē hui⁹ ꝯductā. A.

q Istaȝ auc. ad superiora ita continuabitis. vos habuistis in duabus proximis auc. ꝙ res ruinosa ⁊ nō ruinosa potest dari in emphy. in hac auc. dicitur: si quis accepit vel cōduxit in perpetuā emphy. rem ruinosam vel non: ⁊ facit deteriorem vel per biennium canonem non soluit: cadat a iure suo: ⁊ ideo repelli potest: ⁊ debet totius p̄teriti temporis soluere pensionem: ⁊ debet reficere id in quo rem fecit deteriorem. ⁊ si quid impendit nomine meliorationis non repetit. hoc dicit ista auc. ¶ Uidete litteram. Tex. qui rem. sub. ruinosam vel non: vt patet in predictis auc. Tex. repelli potest. a iure conditionis vel emphyteosis. nam priuabitur ipso iure non per sniam. Uel potest dici p sententiā: vt in auc. de nō ali. Tex. totius tpis. al's futuri: vt. s̄. e. in auc. qui res iā dictas. Tex. resarciat. s. ecclesie. ⁊ hec auc. est in cor. auc. de nō ali. aut permu. re. ec. §. scire. ⁊ in auc. de ali. ⁊ emphy. §. si vero quis. Sed quomodo hec auc. est in duobus locis: cum iusti. est pollicitus nobis nullum simile nullum cōtrariuȝ in hoc volumine reperiri: vt. s̄. de iusti. C. compo. Respondeo in auc. de rebus ec. non ali. ponitur leonis. s. l. iubemus nulli. sed in auc. de nō ali. emp. ponitur qualiter ecclesia det in emphy. Nō ob. ꝙ iusti. pollicitus est nobis nullum ⁊c̄. qꝛ verum est illud in. e. ti. sed in diuersis ti. bene potest poni. e. l. ¶ Or segnori no. circa auc. istam ꝙ ille qui cōducit rē vel accepit in emphy. ab ecclesia: si nō soluit pensionem per biennium repellitur a contractu. secus est in emphyteota layci: qꝛ si non soluit per triennium repellitur: vt. j. de iure emphy. l. j. ⁊. ij. ꝙ si aliquis conducit a priuata psona p annum: si nō soluit ħȝ cōuētionem repellitur: vt. j. de loca. ⁊ cōduc. l. iij. in fi. Si aūt cōducit ad longū tp̄s: si nō soluit p bienniū repellit̄: vt. ff. loca. ⁊ ꝯduc. l. itē q̄ro. §. iter. ¶ Sȝ nūquid hȝ locū hec pena hodie que imponit̄ hac auc. ¶ Dixerūt quidā ꝙ nō: qꝛ hodie cōtractus emphyteoticus nō fit hoc mō: vt in. d. auc. de nō ali. re. ec. §. res. qꝛ olim dabant̄ res steriles ad meliorandum: sed hodie dant̄ res preciose. ⁊ aliter de consuetudine celebrat̄ contractus emphyteoticus: vñ duꝝ esset hoc dicere ꝙ pp cessationē p bienniū caderet a iure suo. ⁊ hoc dicūt moti ex q̄dā sua ficta equitate quā eis nō lȝ fingere: sed soli

principi: vt. j. de leg. ꝛ con. l. j. Sed h non approbo. ꝛ dicimus ꝙ hodie hꝫ locū pena huius auc. ꝙ cadit a iure suo: qꝛ hec auc. loqtur indistincte ꝙ cadit a iure suo: ꝛ nō distinguit sit sterilis vel non. ꝛ qꝛ supioꝛ auc. loqtur ēt in re preciosa: ꝛ qꝛ cōsuetudo approbat hunc cōtractū perinde ac si esset celebratus ſm formā illius. §. lex itaqꝫ. sed layci sciunt sibi prouidere per sua statuta: qm̄ si emphyteota nō soluit pensionē tpe statuto duplicat̄ pensio. ꝛ hec statuta ciuitatū hn̄t locuꝫ tm̄ in eis nō i ecclesijs: vt no. s. e. ti. auc. cassa. ¶ Oꝛ segnori consequēter videatis auc. sed ꝛ permutare.

Sed ꝛ pmutare. auc.

Auc. istā ita ad supioꝛa ꝯtinuabitis. vos habuistis in pcedētibus auc. in qbus casibus pmittit̄ alienatio rei ecclesiastice. i hac auc. ponunt̄ duo casus in qbus ecclesia potest alienare: qꝛ pōt pmutare cū principe accipiēdo eque bonā vel meliorē. Item pōt pmutare ecclesia cū alia ecclesia: dūꝫ illa pmutatio fiat cū vtilitate vtriusqꝫ ecclesie. h. d. ista auc. ¶ Videte lr̄am. Tex. sed ꝛ pmutare. q. d. non solūmodo in precedētibus casibus quos habuistis in auc. precedentibꝰ sed etiā in istis duobus qui ponunt̄ in hac auc. Tex. procedente. alij non hn̄t plus in hac auc. ꝛ hec auctē. ē in coꝛ. auc. de nō alie. aut pmu. re. ec. §. si minus. ꝛ de ali. emp. §. si vero. sed quidam habēt plus ꝛ sic. Tex. item sibi inuicem ꝛc̄. ꝛ est tota sub vna auctē. Tex. referunt̄: vt in auctē. h ius. ꝛ est hec in auctē. de nō ali. emp. §. si vo. ꝛ in auctē. constitutio que ex ascript. ꝛ liber. §. vlti. ¶ Oꝛ segnori vos habetis in fi. huiꝰ auctē. ꝙ ecclesia pmutat cum alia ecclesia si expedit vtriqꝫ ecclesie. puta si ecclesia ferrariensis habet rem boñ. ꝛ ecclesia boñ. habet rem ferrarie vel ecōtra. nam bene potest cum ea pmutare. ꝛ si cōtrafiat punit̄ pena quā habuistis in auc. qui res iam dictas. ꝛ hoc iure nostro. sed iure canonū aliud quia potest permutare si facit meliorem condit. suā: vt extra de rerum permu. c. j. ꝛ extra de rebus ec. non ali. c. supaddita. ¶ Oꝛ sequitur alia auctē. que incipit. Item predium.

Item prediū. auctē.

Et ꝯtinuabitis eā sic. nō solū in pdictis casibus pōt alienare: imo ꝛ in alio casu: vt si ecclesia hēat prediū de quo pstabat tributa ꝛ modicā vtilitatē pcipiebat: certe hoc predium poterit alienare ecclesia. Tex. fiscaliū. s. preteritoꝛum nō futuroꝝ. cū nō pstent̄ nisi ispecta q̄litate reddituuꝫ: vt. j. de allu. ꝛ palu. l. vlti. ꝛ. ff. de le. ij. l. qro. ꝛ pmo a posterioribꝰ exigunt̄: vt arg. s. e. l. plꝫ. Tex. alienet̄. sub. ecclesia. Tex. obseruet̄. ꝛ hec auctē. est in coꝛ. auc. de alie. emphy. §. si vo qs de pdictis. ꝛ he sex auc. ita legunt̄ per ordinē sup vlti. parte huius. l. legunt qdā aliā auc. ꝛ icipit ꝓcedimus. ꝛ dicit hec auctē. si ecclesia hierosol. vult rem vicinā ꝓducere in ēphy. pōt cū iuris solēnitate vt preciū non diminuat̄ minus q̄ꝫ in qnquagesimā ptē. sed hec auctē. nō ꝯsueuit legi: vn̄ nō legā vobis eā. ꝛ colligit̄ hec auctē. in auctē. de ali. ꝛ ēphy. in pn̄.

Decernimus.

Lex ista est ipatoꝛ leonis: ꝛ nō valet aliqd nisi q̄ꝫtū ad no. ꝛ ar. que ibi not. ꝛ i. l. ista ponit̄ talis casus. Impatoꝛ leo q fecit. l. superiorē volebat esse leo corpore ꝛ operibus. dum esset in pte cōstan. dixit militibus suis. qd faciemus h̄ certe nihil. eamus versus ptes oriētales ꝯ tartaros: ꝛ deuincamꝰ eos. vn̄ iuit versus ptes oriētales vt orientales faceret tributarios suos. dn̄s iperatoꝛ Odeacer quid fecit? venit ꝛ vsurpauit vrbem cōstan. facta vsurpatiōe dixit. volo facere legem de manu mea. ꝛ oia pulegia que habebat ciuitas constan. abstulit ei: ꝛ prerogatiuam patriarche. qd plura? ecclesias fecit tributarias. duꝫ imperatoꝛ Leo esset in partibꝰ orientalibus ꝛ intellexisset hoc dixit. non minoꝛ est virtus q̄ꝫ querere parta tueri. vnde reuertamur dixit ipse. eo reuerso expulit illum tyrannum Odeacrū nomine. ꝛ quicqd iste statuerat extra totū tollit: ꝛ omnia priuilegia indulta maioꝛi ecclesie ꝛ alijs ecclesijs renouat ꝛ de nouo ꝯcedit. ¶ Oꝛ segnori in. l. ista no. Primū no. est ꝙ quicquid fit a tyrānis illud nō debet obtinere vim legis: nec videtur esse legittime factum: immo debet cassari ꝛ irritari. vnde licet condemnatus a principe perdat testamenti factionem: non tm̄ si est cōdemnatus a pncipe pdit testamēti factioneꝫ: qꝛ lex illud cassat ꝛ irritat tanq̄ꝫ a non cōpetenti iudice factum. ꝛ ad hoc facit. j. si a nō cōpe. iudi. sententia lata esse di. l. j. ꝛ. ij. ꝛ per totum. ¶ Iteꝫ no. ꝙ honoꝛ ꝛ priuilegium est ante alios sedere ꝛ recedere. naꝫ hoc est priuilegiuꝫ qd̄ habet patriarcha ꝯstan. ecclesie. ꝛ ad h accedit. j. de tironibus. l. vlt. li. xij. ꝛ ad hoc est ēt ar. j. de of. rec. pro. l. potioꝛis gradus. ¶ Iteꝫ no. h ꝙ ec. ꝯst. est maxima ꝛ summa sedes: ꝛ est intelligendum post romanaꝫ ec. qꝛ illa prioꝛ hec posterioꝛ. ꝛ sic intelligitur qd̄ habuistis. s. de sum. tri. ꝛ fid. ca. in epistola inter claras. ꝛ in epistola victoꝛ. ꝛ. l. omni nouatione cessante. ꝛ. s. e. l. proxima in principio.

Illud qd̄ ex vete. ll.

Veteres. ll. alioꝝ impatoꝝ qui pcesserunt iusti. in supioꝛibus habuistis: he. iiij. l. que sequnntur vsqꝫ in fi. ti. sunt iusti. impatoꝛis vt ex eaꝝ inscriptiōe apparet. Et i. l. ista. iiij. principaliter dicunt̄. ¶ Primo dicit̄ ꝙ in veteribus. ll. cōtinebatur lꝫ obscure ꝙ donatiōes facte ad pias causas sine insinuatiōe ꝛ sine auctoꝛitate iudiciali valent. sed iusti. illud obscure positū clarificare vult dicēs ꝙ. ll. ille que requirūt insinuatiōem habēt locum in alijs personis nō in ecclesijs. ¶ Secundo dicit ꝙ si aliqua donatio fiat in ecclesiā vel in aliquē venerabilem locum vel in ipsos paupes vel in quācunqꝫ ciuitatem valet ista donatio vsqꝫ ad quingentos soli. etiam sine insinuatione facta. ¶ Tertio dicit ꝙ si vltra predictam quātitatē fiat donatio ꝛ sine insinuatiōe nō valet nisi fiat a pncipe. ¶ Quarto ꝛ vltimo dicit ꝙ dōatio facta vsqꝫ ad quingētos solidos valet in predictis casibus. h est cū fit donatio in ecclesiam vel in alium locum venerabileꝫ vel in pauperes vel in ciuitateꝫ. Tex. illud qd̄ ex veteribus. ll. ꝛc̄. ꝛ quas nō habemus. sub. sic ꝛ alibi fit mentio de edicto pretoꝛis. ꝛ nō habemus illud. ff. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed qd̄ simpliciter. vel pōt dici ꝙ vocat h veteres. ll. alioꝝ imperatoꝛum qui precesserunt iusti. de quibus facit mentionem. j. de do. l. sancimus. vel vocat hic veteres. ll. que. ll. erāt in antiquis codicibus. Tex. lꝫ minus. i. nō. Tex. in actis. s. iudiciarijs. Tex. intimate sunt. i. in notitiam iudicis introducte. ꝛ dicitur donatio intimari que fit auctoꝛitate iudicis. ver. gr̄a. accedit donans cum donatario ad iudicē: ꝛ dicunt faciatis intimari in actis vr̄is quō dono tali tm̄. ꝛ ois dōatio cuiuscunqꝫ q̄ꝫtitatis cum insinuatione facta valet: dicit̄ donatio non intimari quādo aliqs extra iudiciū donat alicui: ꝛ ista vr̄ occulte fieri: vt. j. de dona. l. data. al's incipit iā data. ꝛ. l. vl. vex tm̄ qꝛ ex istis occultis donationibus multe fraudes cogitabantur ꝛ maxime inter fratres: qꝛ qn̄ moriebatur aliquis fratrū: veniebat alter fratꝝ ꝛ dicebat quō sibi donauerat. i. inter viuos. ꝛ forsitā non erat veꝝ. vn̄ forsitā dixerunt. ll. prouideamus vt vsqꝫ ad certum modum fiāt donationes sine insinuatione ꝛ de hoc annectit statim. Tex. vt in alijs quidē casibus. vt quādo fiebat donatio extranee psone. Tex. intacta maneāt. ꝛ huculqꝫ durat primū dictū. Tex. siqs vero. incipit scd̄m dictū. Tex. vsqꝫ ad quingentos soli. i. aureos. ꝛ sic exponit̄. j. de ser. fugi. l. quicunqꝫ. Tex. vel in sanctā ecclesiā. ponit primo generale ꝛ postea specialia annectit. sic ꝛ. s. e. l. generali vobis no. Tex. vl' in xenodochiū vl' in nasochomiū ꝛc̄. vos debetis scire ꝙ q̄dā sunt loca que nō sunt ec. i. ab epō consecrate vt hospitalia: ꝛ sunt varia: qꝛ quedā sunt xenodochia in qbꝰ pegrini alunt̄. Itē q̄dā alia sunt. ꝛ de istis noibus fit mentio in nouel. de alie. rerū ec. ꝛ emp. nō ali. vbi h noia ponunt̄ tm̄. ſꝫ i isidoro ista noia exponunt̄. Tex. vl' in ipos paupes. s. xp̄i. ¶ Oꝛ segnori i isto dcō no. ꝙ ciuitates ꝯpant̄ ecclesijs in aliqbꝰ: qꝛ sic ecclesie pōt donari sine insinuatiōe vsqꝫ ad qngētos soli. ita ciuitati pōt donari vsqꝫ ad qngētos soli. nā sicut ecclesie sunt sacre: ita ciuitates sunt sancte. vn̄ sic sacraꝝ reꝝ nullū est ꝯmerciū: ita sanctaꝝ: vt. ff. de reꝝ di. l. sacruꝫ. ꝛ insti. de reꝝ di. §. sacre. sic ꝛ alias ciuitates ecclesie cōparantur in. iiij. casibus: vt. j. e. l. vt

d

l. vt inter diuinum. Tex. si vero. Incipit tertium dictū. Tex. donatio sub. facta. Tex. amplioris quantitatis sit exempta imperiali donatione. i. ab imperatore facta: qr ista cuiuscun q3 q̄titatis sit valet etiam sine insinuatione: vt in auc. de nō ali. aut permu. re. ec. §. sancim⁹. 7. j. de qua. pſ. l. bene a zenone. Tex. nulli. incipit quartum 7 vltimum dictum. Tex. alia causa. sub. a causis superius enumeratis. Tex. exposuimus. in superiori. e. l. Tex. vetera sancita. i. statuta. Tex. permutare. qr qd̄ non mutat̄ stare non prohibet̄: vt. j. de testa. 7 quem admo. tes. ordi. l. sancimus. 7. j. de ap. l. p̄cipimus in fin. 7 ibi regula recipit instantiam in certis casibus. in alijs cōfirmat̄ vt in auc. de nō. ali. aut permu. §. vult aūt. Unde in. l. ista ita no. tēpore huius. l. p̄uato poterat donari vsq3 ad. cc. sol. sine insinuatione. sed ecclesijs vel alijs venerabilibus locis 7 pauperibus 7 ciuitatibus poterat donari sine insinuatione vsq3 ad quingentos soli. vt hic. sed hodie ista. l. nō valet vnā festucam: qr ius cōe est in priuatis personis 7 ecclesijs 7 ciuitatibus vt cuilibet possit donari vsq3 ad quingentos soli. etiam sine insinuatione: vt. j. de dona. l. pe. in fi. 7. l. si quis p̄ redemptione captiuor̄ 7c. ¶ Sed segnori si id qd̄ dicit̄ hic in ecclesijs 7 ciuitatibus est cōe ius in p̄sona omniū qd erit hodie? qr si vltra quingentos soli. donat̄ extraneo videlicet vsq3 ad quingentos soli. sine insinuatiōe. 7 si vltra donatur non viciatur qd̄ superest: vt. j. de dona. l. si quis arg. sed si qd donat̄ ecclesie vel pauperibus vltra q̄ngentos aureos. Ad qd̄ quidam dixerūt q̄ sicut in priuatis personis tēpore hui⁹ l. valebat donatio vsq3 ad. ccc. aureos sine insinuatione: 7 in ecclesijs vsq3 ad q̄ngentos soli. ita hodie valebit donatio facta ecclesijs vsq3 ad octingentos soli. ēt sine insinuatione. sumpto ar. p̄ locū a proportione numeri. Alij voluerūt dicere donatio facta in ecclesia valet vsq3 ad q̄ngentos soli. sicut in quolibet priuato. vnde sicut donatio facta in priuatū valet cum insinuatione vsq3 ad quancunq3 q̄titatē: sic in ecclesia valeat vltra q̄ngentos solidos etiam sine insinuatione fauore religionis. 7 pro eis inducūt illud verbū. nihil immēsum bonum. vt in auc. de non ali. aut permu. re. ec. §. sumus. ¶ Sed certe potest dici q̄ ille. §. loquit̄ in donatione imp̄iali cū imperator donat ecclesijs vel permutat cū ecclesijs. Sed super. l. ista querit̄ qd si aliquis dicit in p̄ntia duorum vel triū testiū dono tali ecclesie q̄ngētos aur̄. nec p̄lat⁹ illi⁹ ecclesie vel alius pro ecclesia est p̄sens: valebit ne hec donatio? Dixerūt quidam q̄ sic: qr non refert cū quo qs loquatur de supmis suis: vt. ff. de le. ij. l. cū pater. §. donationis. 7 j. de fideicō. li. 7 in epistola. ¶ Econtra videt̄ q̄ non valeat qr donatio habet fieri inter p̄sentes: vel inter absentes per nunciū vel per epistolam: qd̄ h̄ non fuit: vt. j. de donat̄. l. si aliquid. 7. l. nō ambigit̄. 7. ff. de dona. l. absenti. 7. ff. de dona. causa mor. l. mortis causa donationē 7 mortis causa capionē. Ødo. Et ideo vos dicetis in articulo isto. cū qs vult dare ecclesie aut fit relinquendo iure legati 7 fideicō. aut inter viuos donando. In primo casu nō requirit̄ q̄ aliquis nomine ecclesie sit p̄ns 7 sic intelligit̄. ff. de le. ij. l. cū pr̄. §. donationis. 7 in supmis nō reqrit̄ insinuatio: vt. j. de mor. cā. do. l. vlti. 7 h̄ verū est si relictū est solēne: vt dixi. s̄. e. l. j. In scdo casu. cū aliqs vult dare ecclesie inter viuos donādo. tūc nō valebit donatio nisi fiat inter p̄ntes vel inter abs̄ntes vel per epistolā vel p̄ nūciū: qr his duob⁹ modis fit donatio: vt. s̄.

In. l. iſta dicitur. ſi feratur ſnia ꝯ tutores pupillorū in rem pupilli: vel ꝯtra curatores adulti: ſi pupilli vl' adulti leſi ſunt reſtituunꝛ quēadmodū reſtituuntur minores ſi ferꝛ ſnia ꝯ eos. ¶ Or ſegnori in. l. iſta habetis vt dixi in caſu. ⁊ ad iſtud accedit. ſ. l. pxi. in ſecundo dicto. Et eſt ratio: qꝛ in bonis pupilli vel adulti mandatꝛ ſnia executioni. vt. ff. de re iudi. l. ſi ſe nō obtulit. §. j. Idem in defenſore cū mandato: vt. ff. e. l. plautius. ⁊. ff. de re iudi. l. ſi ſe non obtulit. ¶ Sed ad. l. iſtā ⁊ ad quālibet. l. iſtiꝰ ti. inſtatur ⁊ opponiꝛ. Et vꝛ ꝙ minores nunqȝ reſtituanꝛ aduerſus ſniam aduerſus ſe latam. ⁊ ſic iſte titulus hodie non habet locum: qꝛ minor aut appellauit: aut non appellauit. ſi appellauit vel eſt. j. tempora appellationis: igitur eſt tutus cōmuni auxilio: vt. ff. ad turpil. l. j. in fi. igitur non indiget reſtitutione: vt. ff. de mi. l. in cauſe. ij. in prin. aut minor non appellauit: aut elapſa ſunt tpa appellationis: ⁊ tunc minores preſcriptiones. xxx. vel. xl. an. non currunt minoribus ipſo iure: vt. j. in qui. cau. l. ſancimus. vnde tēpus appel. non currit minori. vnde nō reſtituiꝛ. Ad qꝺ antiqui doctores dixerunt ꝙ olim ſi lata erat ſnia cōtra minores: tēpus ſtatutū ad appellandū bene currebat minoribus. vnde olim qꝛ currebat minoribus poterāt reſtitui in integrū: vt hic ⁊ in titulo iſto. ſed hodie qꝛ nō currunt ꝑſcriptiōes minoribꝰ iure appellare pñt: vnde nō reſtituunꝛ vt ibi. ¶ Sed hanc opinionem nō approbamus. ⁊ ſic dicamus ꝙ hic titulus ⁊ oliʒ ⁊ hodie hʒ locū. vnde ſi ſnia eſt lata ꝯ minorē qui appellauit: vel eſt. j. tpa appellationis: adhuc pōt renūciare appellationi ⁊ reſtitui. qꝛ ſi appellat videꝛ ꝓnunciatū extingui vel ſuſpendi: vt. ff. ad turpil. l. j. in fi. ſed ſi ipſe reſtituiꝛ ꝯ ſniaʒ: ipſe reponiꝛ in priſtinū ſtatum: vt. ff. de mino. l. vlti. ⁊. ff. de admi. tuto. l. ſi minoris. Itē ſi ſunt lapſa tēpora appellationis dicam ꝙ minor reſtituiꝛ vel cōtra ipſam ſniam: vel vt appellet ſm ꝙ magis voluerit: vt arg. ff. de ap. l. illud. ⁊. j. ſi aduerſus liber. l. vlti. Si dicatis preſcriptiones non currunt minoribus ipſo iure. Rñ. verū eſt. Sed fallit in ꝑſcriptionibꝰ iudiciarijs. qꝛ ꝑſcriptiones iudiciarie ſtatim ad appellandū currunt minori: ſʒ leſus reſtituiꝛ: vel vt ꝯ ſniam: vel ad appellādum. Sic ⁊ ſpāle eſt alibi vt ꝑſcriptiones iudiciarie currāt minoribus; ſʒ leſi reſtituunꝛ: vt. j. de iudicijs. l. ꝓperandū. in fi. Sic etiam eſt ſpeciale in tempore ſtatuto ad inuentarium conficiendum vt currat minori: ſed leſus reſtituiꝛ: vt in auc. de here. ⁊ fal. §. pupillus. alie vero preſcriptiones ipſo iure non currunt minoribus vt. ſ. dictum eſt.

¶ Si aduerſus venditionem.

¶ Pñt qdā in integ. reſti. poſtu. ⁊ qdā hñt ſolūmō. ſi aduerſus vendi. ſed ſub. in integ. reſti. ⁊c̄. Rubricā iſtā ita cōtinuabitis ad ſupiora. Non ſolū minores petūt reſtitui cōtra rem iudicatā aduerſus ſe. de quo. ſ. ti. pxi. dictū eſt. imo ⁊ aduerſus venditionē. iō ponit rubricā ſi aduerſus vēditionē ſub. in integrum reſtō poſtuleꝛ. ſed non eſt in lr̄a. qñ ſit danda vel denegāda videamus ⁊ ſubijciamus. qñ ſit dāda: agiꝛ. j. e. l. ij. ⁊ quando ſit deneganda: agitur. j. e. l. j.

Si minor annis. xxv.

Lex iſta hʒ duplicē intellectum. Et vno mō ſm Mar. Alio mō ſm Bul. Joā. ⁊ Azo. ⁊ iſta lectura Bul. Jo. ⁊ Az. verior eſt. ꝑmittam tñ lecturā dñi Mar. ⁊ poſtea in ſolōne ꝯtrariorum reprobabo eā: ⁊ poſtea annectā lecturā dñi Bul. Jo. ⁊ Azo. Et ſm dñm Mar. no. ita caſuʒ. Minor. xxv. an. carens curatore vel hñs curatorē acceſſit ad principē ⁊ coram eo ſic ꝓpoſuit. dñe īpator dū eſſem adultus: ⁊ nō haberem curatorē: vel haberē cū eius auctoritate vēdidi ⁊ tradidi ꝑdiū meū ſine decreto: ⁊ iuraui corporaliter ꝙ nō venirē cōtra: ⁊ me ſeruaturū ꝯtractum talis venditionis. inuenio me leſuʒ: qꝛ minori ꝑcio id vendidi. vel nō expediebat me illud ꝑdiū vendere. volo reſtitui. nunquid potero quero a vobis? Ad qꝺ rñdet impator. ſi tu minor vendidiſti ꝑdium tuū ſine decreto: ⁊ iuraſti nō venire contra: non dʒ tibi licere venire cōtra. naʒ ſi tibi liceret putares me auctorē eſſe tibi ꝑfidie ⁊ periurij. hoc dicit iſta. l. ⁊ ſm hoc exponiꝛ ita lr̄a. Tex. ꝑdij. ſ. a te venditi ſine decreto. Tex. cauiſti. ſine fideiuſſoribus. nā cautio ꝓprie eſt: vt. j. de ver. ſigni. l. ſancimus. Tex. futurū. ſ. tibi. Tex. ſperare tibi debuiſti. ⁊ iō cōtra talē venditionē iuratam nō poteris reſtitui. ¶ Et no. hic ꝙ impator nō dʒ alicuius ꝑfidie ⁊ periurij auctor eſſe: cū ipſe ſit qui puniat periuria: ne inde iniurie oriānꝛ ⁊c̄. vt. j. de iudic. vidui. l. ij. in fi. ⁊. j. vnde vi. l. meminerint cuncti. ¶ Sed ad. l. iſtam opponiꝛ ⁊ ſignatꝛ contra. Et vꝛ ꝙ cōtra taleʒ venditionē poſſit venire iure cōi ⁊ rōne tali. qꝛ ſi minor vendidit ⁊ tradidit ꝑdiuʒ ſuū ſine decreto: vendidit cōtra legū interdicta: vñ non dʒ valere: nec id qꝺ ſequiꝛ ⁊c̄. vt. ſ. de legi. ⁊ cōſti. l. non dubiū. in fi. ff. de pactis. l. iurgētium. §. ⁊ generaliter. Rñ. vno modo ſm Mar. vbi venditio nō valuit: ſi iurauit non dʒ venire cōtra. Non ob. ſ. de le. ⁊ cōſti. l. nō dubiū. in fi. ⁊. ff. de pac. l. iurgētium. §. generaliter. qꝛ intelligiꝛ in his que hñt ꝑpetuā cām ꝓhibitionis. vt eſt ꝓhibitio ne filia nubat patri. hec hʒ perpetuam cauſam prohibitionis: vt inſti. de nup. §. affinitatis. vnde ſi iuraret filia ꝙ nuberet patri: non valeret. Secus in his que non habent perpetuā cauſam prohibitionis. ſicut eſt predium minoris non alienari: quia prohibetur ꝙ non debeat alienari: vt. ff. de rebus eorum qui ſub tu. vel cu. l. j. tamen certis caſibus permittitur predium minoris alienari vt. j. de pre. mi. non ali. l. ob es. ⁊ in his caſibus ſi alienatur ſine decreto: ⁊ iuratur non venire contra: valet ſacramentum: adeo ꝙ minor iure cōmuni non poterit contra venire vt hic. Et ad hoc eſt argu. ff. de verbo. obliga. l. ſi ſtipuler. ¶ Sed hec lectura non eſt bona duabus rationibus. Prima ratio eſt. ſi illa. l. non dubiū. intelligeretur in his q̄ habēt perpetuam cām prohibitionis: in paucis caſibus intelligeretur: qꝛ pauci ſunt caſus qui non recipiant inſtantiam. ⁊ qꝛ omnis diſtinctio ⁊c̄. vt. ff. de reg. iur. l. j. ⁊. l. omnis diffinitio. Item qꝛ. l. illa iurgentium. §. generaliter. loquitur in pactis ⁊ in tranſactionibus ⁊ in cōtractibus: in quibus dicitur ꝙ ſi fiat ſacramentū: contra. l. non debet valere. Et ideo ſpreta opi. dñi Mar. ponetis ſcōo modo caſum in. l. iſta ſm Bul. Jo. ⁊ Azo. ⁊ vt. l. illa non dubiū. non cōtradicat: dicetis ſic. Si minor vendidit ꝑdiuʒ ſuū ob es alienū ⁊ cum decreto ⁊ cā cognita: ⁊ promiſit ⁊ iurauit contra illam venditioneʒ ſe

non venturum ⁊ vult venire ꝯtra: ex eo ꝙ ex illa venditione ĩuenit se lesum: iure cõi nõ põt: qꝛ obstat sibi exceptio rei vẽdite ⁊ tradite: ⁊ tenetur de euictione nec bñficio in integrũ restitutionis põt venire ꝯtra: qꝛ sacramẽtũ obstat sibi. naꝫ si veniret ꝯtra: spectaret ad impatoreꝫ eẽ sibi auctorẽ pfidie ⁊ periurij. hoc dicit. Et ẜm hoc exponetis ita lr̃am. Tex. pdij. sub. venditi cũ decreto ⁊ cã cognita ob es alienum. Tex. debuisti. sic ergo non põt venire contra iure cõi: qꝛ liberum est alicui ab initio ꝯhere: necessariũ est pficere: vt. j. de actio. ⁊ obli. l. sicut. Item exquo vendidit ⁊ tradidit obstat sibi exceptio rei vendite ⁊ tradite: vt. ff. de exce. rei vẽ. ⁊ tra. l. j. ⁊ cum teneatur de euictione nõ põt agere: qꝛ quẽ de euictione tꝫ actio ⁊c̃. vt. ff. de euic. l. vẽdicantẽ. Iure singulari nõ põt venire: qꝛ si veniret ꝯtra: iaꝫ principẽ sibi speraret eẽ auctorẽ perfidie ⁊ piurij: qđ esse nõ dꝫ: vt. s̃. dixi. ẜm hoc ergo. l. illa non dubiũ. nõ ꝯdicit: quia loquit̃ in ꝯctu celebrato cõtra. l. vnde licet venire ꝯ. lex illa iurgentiũ. loquit̃ qñ venditio fuit facta. ꝯtra. l. vnde lꝫ venire ꝯtra. sed hec. l. loquit̃ cum ꝯctus fuit celebratus ẜm. l. s. cũ decreto si nõ iurasset. posset venire contra: vt. j. de predijs mi. l. siquidem. ⁊. s̃. de fideius. mi. l. ea que. si iurauit: sacramentũ representat euꝫ maiorẽ. ⁊ qꝛ iurauit non dꝫ sperare principem auctorẽ esse pfidie ⁊ periurij hoc est ꝙ dñs Bul. glosauit elegantibus vbis. prestito sacramento: ⁊ accedente decreto: officio nõ vtetur. nõ accedẽte decreto: tuo iure vtere: qꝛ non tibi tuũ: sed tibi suuꝫ denegat pretor auxiliũ. ⁊ vult hec glosula dicere in pria parte: qꝛ diuidit̃ in duas ptes. ⁊ prima ps glo. pstito sacro ⁊ accedente decreto officio nõ vtere. vult hoc dicere. si minor vendidit ⁊ tradidit predium suuꝫ cum decreto ⁊ causa cognita ob es alienum ⁊ iurat nõ venire contra: non põt petere restitutionem. s. que hꝫ iudicis officio peti: vt. ff. de mi. l. ꝙ si minor. §. ex hoc. ⁊ hoc dicit pstito sacramento a minore: ⁊ accedente decreto. qꝛ vendit cum decreto officio non vtere. i. tu minor non vtaris officio iudicis: quo poteris restitui. qꝛ si peteres restitutionem: iam sperares principem esse auctorem perfidie ⁊ periurij: ꝙ non dꝫ esse: vt hic in hac. l. Sequitur in gl. non accedente decreto tuo iur̃ vtere quasi dicat si vendidisti sine decreto: siue iurasti seruare venditionem siue non: potes venire contra iure cõmuni: qꝛ fuit facta venditio cõtra. l. vt. j. de admi. tu. l. lex que tutores. ⁊ iõ non ob. sacramentum. ⁊ sic loquitur. s̃. de le. ⁊ con. l. non dubiũ. ⁊. §. generaliter. vñ non indiges auxilio restitutionis: qꝛ quando es tutus iure cõmuni ⁊c̃. vt. ff. de mi. l. in cause. ij. in prin. ⁊ ideo dicit non accedente decreto. i. cũ venditio facta est contra. l. tuo iure vtere. s. tu minor iure cõi: qꝛ vendicas eam: non bñficio restitutionis. ⁊ quare non dꝫ seruari? qꝛ pretor nõ tibi tuum: sed tibi suũ denegat auxilium: qꝛ sacramentũ excludit te a restitutione cum factũ est ẜm. l. ⁊ sic pretor denegat tibi suũ auxilium. s. restitutionis. non aũt excludit te cum venditio facta est contra. l. quia ipso iure tutus es. hoc est ꝙ dicit. qꝛ nõ tibi tuum: sed tibi suũ denegat auxilium. qꝛ vbi venditio facta tenuit: ⁊ fuit iurata: denegat̃ restitutio: ⁊ sic ptor tibi suum denegat auxilium. sed vbi non tenuit venditio: ⁊ iurata est non debes habere in integrũ resti. qꝛ tutus es iure cõmuni: vt in prealle. l. ff. de mino. l. in cause. ij. in princi. ⁊ hec snĩa Bul. Io. ⁊ Azo. verior est de iure cõi. Hodie tamen per cõstitutionem dñi Federici senioris que incipit sacramenta puberum ⁊c̃. sublata est hec opinio. qꝛ olim sicut fertur a maioribus nostris: quando imperator federicus senior regnabat in italia: dñi Mar. ⁊ Bul. legebant in ciuitate ista: ⁊ dñs federicus vtebat̃ consilio dñorum Mar. ⁊ Bul. ⁊ vnusqsqꝫ multa a principe habuit. ⁊ in arduis questionibus recurrebat ad ipsos. ⁊ Mar. plus ꝙ̃ Bul. erat gratiosus: qꝛ sciebat melius applaudere. ⁊ dominus Mar. sciẽs esse discordiam inter dñm Bul. ⁊ ipsum: ⁊ videbat ꝙ opinio domini Bul. magis placuit scholaribus vna die cũ equitaret cum imperatore dixit. dñe quedam opinio est inter me ⁊ Bul. qꝛ dicit ꝙ venditio facta a minore de re sua sine decreto nõ valet ipso iure per. l. s̃. de le. ⁊ ꝯsti. l. nõ dubiũ. ⁊. §. generaliter. ff. de pac. l. iurgentium. ego dico si minor vendidit rem suaꝫ sine decreto: non valet. sed si iurat siue cum decreto siue sine decreto: valet. argu. huius. l. decidatis que opi. videtur verior. dixit imperator. domine Mar. vestra opi. multuꝫ placet nobis: ⁊ vestra opi. est verior. dixit Mar. imperatori. modo faciatis vnam constitutionem. vnde ipse fecit constitutionem que incipit sacramenta puberum. in qua ratificauit ⁊ dixit ꝙ opinio. d. Mar. erat verior: vt ex ea stati videre poteritis. Tamẽ anteꝙ̃ vobis eaꝫ legam ad. l. istã signant̃ duo ꝯria. ¶ Et primo ad. l. istam opponit̃ ⁊ signatur hoc contra. Lex vr̃ velle si minor vendidit rem suã cum decreto ⁊ iurauit se non venturũ contra: ꝙ minor nõ possit venire contra. Sed. l. vr̃ ꝯdicere. que vr̃ dicere ꝙ si minor transegit timore falsoꝝ instroꝝum: ⁊ iurauit nõ venire contra: põt venire cõtra: vt. s̃. de trãsac. l. si ex falsis. Ad solutionẽ cuius contrarij põt dici ꝙ ibi dolus intercessit ex vna parte. vñ ne dolus suus ei patrocinet̃: exquo appet ꝙ trãsactio est facta timore falsoꝝ instroꝝum retractat̃ transactio: qꝛ alicui dolus suus non dꝫ patrocinari: vt. j. de le. l. si legatarius. ⁊. j. si mi. ma. se dixe. l. si alterius. Sed hꝛ neutrius dolus intercessit nec emptoris nec venditoris. sed fuit ꝯctus bonafide celebratus. vñ non lꝫ venire cõtra vt hic. Uel dicatis vt ibi dixi. cuꝫ qs ꝯhit ⁊ iurat. aut vult venire cõtra sicut qlibet maior. i. iur̃ cõi quo casu sibi lꝫ: vt ibi. qꝛ nõ valet trãsactio facta timore falsorum instroꝝ. vnde sacr̃m nõ excludit aliquẽ a iur̃ cõi. Aut vult venire cõtra spãli iure. i. iur̃ restõnis: quo casu sibi non lꝫ. qꝛ facilius tollunt̃ puilegia ꝙ̃ iura cõis. vt in auc̃. de non ali. §. qꝛ vero. ⁊ in auc̃. de testi. ij. colũ. ⁊. j. de proba. l. cũ precibus. ⁊. j. ad velleia. l. antique. ⁊. j. de do. cau. non nu. l. vlti. ¶ Sed denuo ad. l. istam opponit̃. ⁊ videt̃ ꝙ sacr̃m non repellat minorẽ a beneficio singulare. nam si aliqs iurat se maiorem esse: adhuc põt venire cõtra: vt. j. si mi. ma. se dixe. l. si quis. Ad qđ põt dici. ibi. asseruit. se maiorẽ dolo aduersarij. vñ ne dolus aduersarij sibi noceat: põt venire cõtra hic. aũt minor vendidit ⁊ tradidit dolo emptoris nõ interueniẽte. ¶ Or segnori super. l. istam habetis quãdam constõnem federici senioris ⁊ incipit sacramenta. ⁊ fuit facta ista constitutio. vt. s̃. dixi. Odo.

Sacramenta puberũ.

auc̃. In ista ꝯstõne dicunt̃ duo. ¶ Prio dr̃: si puberes masculi vel femine sup rebꝰ suis sponte ꝯhunt: ⁊ iurãt seruare ꝯctuꝫ: dñt seruare ꝯctũ si interuenerit decretũ vel nõ nec postea pñt venire cõtra: qꝛ sacramenta puberũ sponte facta inuiolabiliter custodiant̃. ¶ Secundo dr̃: si puberes vel ẽt maiores. xxv. an. ꝯhunt sup rebus suis nõ sponte: sed vi vel metu interueniente: hic ꝯctus non valet ipso iure. vñ lꝫ iurent: istud sacramentũ nullius est momenti. maxime ne sup metu vel vi querimonia deferat̃. hoc dicit ista auc̃. Uidete litteram. Tex. custodiri. hoc est primũ dictum huius constõnis. ⁊ quidaꝫ habent plus. Alij hñt per vim autem ⁊c̃. ⁊ dꝫ esse in lr̃a. ¶ Or segnori hec auctẽ. dicit vt dixi in casu. Uidete summariã expõnem lr̃e. Tex. sacra puberuꝫ. Dicuntur puberes masculi maiores. xiiij. an. femine maiores. xij. an. vt insti. qbus mo. tu. fi. in prin. Tex. sponte facta. iõ dicit sponte facta: qꝛ secus si per vim ⁊c̃. vt. j. dicit. Tex. super ꝯctibus rerum suarũ. i. a se alienatarũ: siue sue siue aliene: vt. j. dicaꝫ. Tex. custodiantur. vel ad exceptionẽ: vel actionem. Tex. custodiri. sub. ita ꝙ nõ liceat venire contra. nec iur̃ cõi nec singulari. intercessit decretũ vel non: vt ita hec constitutio aliquid operet̃: vt. j. dicam. Tex. per vim. s. cõpulsiuam. ⁊ hꝛ incipit scđm dictum. Tex. vel iustũ metũ. sub. nõ ꝙ̃tum ad metum inferentẽ licet ꝙ̃tum ad metũ sustinentẽ: vt. s̃. de trãsac. l. interpositas. Tex. faciunt. i. ne cogant̃ agere act̃. ꝙ metus causa. Tex. momẽti. qꝛ valent. sed pñt rescindi per exceptionem vel act̃. ꝙ metus cã: vel ꝙ̃tum ad effectũ. Alij dicunt. nullius esse momẽti. s. ipso iure. ¶ Sed circa finem huius auc̃. est insistendũ. qũo factum per vim vel per metũ ipso iure nõ valet. cũ. ll. dicant valere. sed de eqtate rescindi excep. vel act̃. ꝙ metus cã: vt. j. de inuti. stipu. l. dolo malo. Ad qđ quidã dixerunt ꝙ hodie act̃. ꝙ metus cã per istam auc̃. sublata est: qꝛ olim factum per metum valebat: sed poterat rescindi: sed hodie non vt hic. Uel põt dici: factũ per vim vel metũ in minore: ipso iure nullius est momẽti in maiore ꝙ̃tũ ad effectum

ad effectū. Uel dicatis. minor hꝫ electionem si coactus est cōtrahere: vt possit dicere ipso iure ꝯtractū nullū vel elidere except. nam alibi hoc videmus: vt. ff. de iure do. l. si res. §. j. ꝛ. j. de rescin. ven. l. si dolo. ne ꝙ fauore ꝛc. vt. s. de leg. ꝛ consti. l. ꝙ fauore. sicut filius preteritus dicere pōt testamētum nullū vel aliqđ: vt. j. de ꝯ ta. l. vlt. in fi. ¶ Or super ista cōstōne consueui formare multas qōnes ꝛ aliquas circa lrām: ꝛ aliquas ex̄ lrām. Et statiꝫ in dictiōe sacramenta formabo tres qōnes. Et istud verum: siue minor iurauit corporaliter ꝛ ꝯtraxit: siue ꝯxit ꝛ iurauit verbotenus per deuꝫ viuum. Et vr̄ ꝙ eēt verū ꝙ hic dicitur siue iurauit corporaliter ꝛ cōtraxit: siue iurauit verbotenus per deū viuum: qꝛ nihil refert quid ex equipollentibus fiat: vt. ff. de re iudi. l. in summa. ꝛ quātuꝫ ad deū nō refert qualiter iuremus. Itē qꝛ sensum ꝛ nō verba spectamus: vt. ff. de adimē. leg. l. iij. §. conditio. ꝛ ad cor hōis deus respicit. Item qꝛ hec auc. loquitur indefinite nō dicit corporaliter vel verbotenus. ꝛ indefinita equipollet vniuersali: vt. j. que res pig. ob. l. vlti. quid ergo dicemus in qōne ista? Et certe dicēdum est hanc constōnem intelligi sup sacramēto corporaliter pstito. Qđ ita probamus qꝛ. l. s. loquit̄ de iureiur. corporaliter prestito: vn̄ ista cōstitutio super eodē sacramēto dꝫ intelligi: qꝛ sicut nō est nouum ꝛc. ita posteriores ꝛc. vt. s. de le. ꝛ cōsti. l. nō dubium. ꝛ. l. posteriores. Itē. ll. dicūt ꝙ sacr̄m dꝫ prestari sup libro nō verbotenus. ꝛ iō illi q recipiunt administrationeꝫ iurant super quattuor euāgelia que tꝫ in manu: vt in auctē. de his qd admi. suf. Itē diīa est inter sacramētum corporaliter prestitū ꝛ verbotenus. qꝛ si corporaliter iurat̄ non pōt venire contra: vel per testes vl̄ per instr̄a. si verbotenus pōt venire cōtra per instr̄a nataliū licet nō per testes: vt. j. si mi. se ma. dix. l. iij. in fi. ¶ Scđo quero hic. qd si nō iuratur per deum: sꝫ iurat̄ per salutem principis vel per ingeniū principis: nunquid obtinebit hec cōstitutio? Uidetur ꝙ sic: qꝛ punitur quis si venit cōtra transa. iuratā: siue iurauit ꝑ deū siue per principem: vt. s. de transac. l. pe. Sed in questione ista dicimus ꝙ hꝫ locū hec constitutio si iurauit per deū: qꝛ littera dicit sacramēta. ꝛ dum fit mentio sacramenti per excellentiam intelligit̄ de deo: vt. j. de rebus cre. l. j. Item qꝛ alibi fit diīa inter iurantem per deū ꝛ principem. vn̄ iurisiurandi religio satis deum hꝫ vltorē. sed si iurat̄ per principē secus: qꝛ punitur: vt. ff. de iureiur. l. si duo. in fi. ¶ Tertio quero qd si iurat aliq̄s per saluteꝫ suam. puta pubes iurat. si deus eū saluet ꝛ liberos suos: seruare ꝯctum. nunqd obtinebit ista constō? Uidet̄ ꝙ sic: qꝛ ista duo sunt paria iurare per deum: ꝛ per salutē suaꝫ: vt. ff. de iureiur. l. iij. in fi. ꝛ. l. se. Sed nos dicimus contra. qꝛ hec. l. loquit̄ de sacramento: vnde per excellentiā intelligit̄ de sacramento dei: vt. ff. de iureiuran. l. ij. Nec ob. l. contra. qꝛ ibi erat de voluntate contrahentiū ꝙ sic deferebāt sacr̄m. sed hic loquimur de sacramento ꝙ prestatur ad roborandum contractū. ¶ Or segnori super verbo puberuꝫ quero quid in impubere hēbit ne locū hec ꝯstō si iurat? Uidet̄ sic: qꝛ siue pubes siue ipubes manumittatur: ꝛ imponunt̄ ei opere iureiurando valet impositio: vt. ff. de libe. cā. l. vlti. ꝛ. ff. de iureiur. l. ita demū. Alij voluerunt distinguere hoc mō. Aliud est si infans vel proximus infantie iurat: ꝛ tunc non habebit locum hec cōstitutio: qꝛ eius etas quid videat ignorat. ꝛ ideo sciens fallere non videtur: vt. j. de fal. mo. l. j. in fi. ꝛ. ff. de iureiu. l. qui iurasse. Si autē est doli capax ꝛ proximus pubertati habet locum hec constitutio cuꝫ omne delictum ꝛc. vt. ff. ad. l. iul. de adul. l. si minor. Sed verius est vt dicamus cōstitutionē istā loqui in puberibus tm̄: non in impuberibus. qꝛ ex quo imperator concedit puberibus: ceteris vetat: vt argu. ff. de iudi. l. cum pretor. Non ob. ff. de libe. cā. l. vlti. qꝛ ibi loquitur de sacramento operarū in quo est speciale vt homines inuitentur ad manumittendū: vnde nō dꝫ trahi ad ꝯsequētiam. Sed denuo quero: quid in furiosis ꝛ in mētecaptis: nunquid hꝫ locum hec constō si iurant vt nō possint venire contra? Et certe dicimus. si contrahunt. ꝛ iurant dum hn̄t dilucida interualla: idē est in eis qđ in maioribus: vt. ff. de cu. fu. l. vlti. si in ipso furore contrahant: contrahere nō possunt: cum in contractu requiratur consensus: vt. ff. de pac. l. j. sed furiosi non hn̄t consensum: vt. ff. lo. ꝛ cōduc. l. qui ad certum tempus. vn̄ in eis nō hꝫ locum hec constō. Sꝫ denuo quero. quid in prodigo. nunquid hꝫ locum hec constitutio? Rn̄. hec constō hꝫ locum in his qui possunt cōtrahere. sed prodigi nō cōtrahunt nisi q̄tum ad sui vtilitatem: vt ff. de vbo. ob. l. is cui. vn̄ in his nō hꝫ locū hec constō. Sꝫ denuo quero quid si adultus habēs curatorē cōtrahit sine eo ꝛ iurat. nunquid hꝫ locū hec constō? Rn̄. vt dixi. s. de in integ. resti. l. si curatorem hn̄s. vnde amplius q̄ꝫ ibi dixerim hic non dico. Sup eo qđ dicit. spōte facta formabo duas qōnes. ꝛ aduertatis eas: qꝛ plerūqꝫ aliq decipiunt. aliqua dn̄a minor. xxv. an. vendidit fundum suum: vel vxor ꝯsensit marito qui vēdidit. scribit tabellio ꝙ dn̄a iurat non venire cōtra ꝯtractum rōne minoris etatis. duꝫ tabellio p̄sentat ei librum vt iuret dicit dn̄a emptori. faciatis mihi vnā grām: qꝛ ego nūq̄ iuraui: vel sum grauida ꝙ nō iurē. dicit fatuus emptor qui est curialis hō. istam ꝛ aliaꝫ grām facerē vobis. placet mihi ꝙ nō iuretis. posteā dn̄a vult restitui cōtra talē venditionem. mō querit̄ si minor dn̄a pata erat iurare: sed contrahens cū ea remisit ei: vtrum perinde sit ac si iurauerit: an nō? Et videt̄ ꝙ ex quo voluit iurare ꝙ habeatur pro prestito: vt. ff. de cōdit. ꝛ de. l. iur̄ ciuili. ꝛ. ff. de verbo. ob. l. in executione. §. penul. Item qꝛ. l. videtur expressa que dicit. si dum referebatur sacr̄m: ꝛ tu volebas iurare: si remisi tibi: perinde est ac si iurasses: vt. ff. de iureiur̄. l. remittitur. Sed dicimus contra: qꝛ requiritur factum. s. ꝙ iurauerit: qꝛ hic dicit. sacramenta puberum sponte facta. nō aūt dicit facienda. ꝛ. l. C. dicit de iureiur. corporaliter prestito. ꝛ vbi requiritur factum sola voluntas non sufficit: vt. ff. de acqui. pos. l. j. §. adipiscimur. ꝛ. j. de acqui. pos. l. licet. Nec ob. l. preal. l. remittit̄. qꝛ ibi loquimur de alio sacr̄o. verbigr̄a. petebam a te. x. detuli tibi iusiurandum corā iudice. tu volebas iurar̄. dixi ego nolo ꝙ iures. ꝛ hoc sacramentum remittitur. sic ꝛ j. de rebus cre. ꝛ iureiur. l. j. sed hic loquimur in sacramēto ꝙ est contra ius cōe. vnde si remittitur non excludit̄ a iure cōi. ¶ Sed denuo q̄ro. nūquid hꝫ locum hec constō si minor nō iuret: sꝫ alius ꝓ eo. ꝛ hoc sepe vidimus ꝙ aliqui minores nolunt iurare: sꝫ faciunt ꝙ alius iuret in anima sua. Et videtur ꝙ nō. quasi hoc sacr̄m per contrahentē p̄stetur: non per alium. vt ar. j. de cadu. tol. l. vnica. §. ne autem. ꝛ. ff. de le. iij. l. fideicō. in fi. Sed certe dicimus ꝙ siue pubes iuret: siue alius pro eo in anima sua satis est. qꝛ qui per alium facit ꝛc. vt. ff. de admi. tu. l. ita autē. §. gessisse. Non ob. §. ne autē. j. de cadu. tol. ꝛ. ff. de le. iij. l. fideicō. in fi. qꝛ loquitur in alijs factis que non pn̄t per alios explicari. puta si promisi te instruere in legibus: requiritur persona mea tantuꝫ vt te instruā. Et ad hoc facit extra de offi. ꝛ po. iu. dele. c. vlti. Sꝫ quando quis iurat in anima alterius: verba sacramenti debent ꝯcipi in anima illius ꝓ quo iurat̄. vnde dꝫ ita iurare. iuro ꝙ talis minor talem contractum seruabit: ꝛ nō veniet contra si deus ipsuꝫ adiuuet. ꝛ iuro ad sancta dei euāgelia. sicut cū tutor vel curator cōtrahit formant̄ vba in persona tutoris vel cura. noīe pupilli vel adulti: vt. j. qn̄ ex fac. tu. l. j. ꝛ per totum. Super eo qđ dicit. super cōtractibus. quero. quid si minor pubes donat ꝛ iurat se nō venturū cōtra. vel per stipulationeꝫ ꝓmittit: ꝛ iurat se non venire contra: vel mutuo accepit pecuniam: ꝛ iurat se redditurum. hēbit ne locum hec constitutio? Dixerunt quidā ꝙ nō: qꝛ hec cōstitutio loquit̄ super contractibus. ꝛ cōtractus est vbi orit̄ vltro citroqꝫ obligatio: vt. ff. de verbo. sig. l. labeo. at hi sunt contractus ex alia parte tm̄ donādo vel ꝓmittendo vel accipiendo mutuum. Sed verius est vt dicamus ꝙ hec constitutio hꝫ locū in donatiōe ꝛ stipulatione ꝛ mutuo: qꝛ licet stricte dicat̄ ꝯtus vnde vltro citroqꝫ nascit̄ obligatio: tm̄ in larga significatione ꝯtractus dr̄ vbi nascitur ex altera pte tm̄: vt. s. qđ metus cā. l. si donationis. ꝛ. j. de fide instru. l. cōtractus. ꝛ. j. de prescrip. xxx. vel. xl. an. l. siquis emptionis. ꝛ consuetudo ita interpretata est vt intelligatur contractus vbi oritur obligatio ex altera parte tātuꝫ. vnde minime sunt mutanda ꝛc. vt. ff. de le. ꝛ se. consul. l. minime. ꝛ. l. si interpretatione. ¶ Sed denuo q̄ro. minor habebat voluntateꝫ faciendi male facta sua: vt faciunt fere oēs qui relinquuntur

diuites a parentibus eoꝝ. dicebat ipse. q̄diu hēbo de substā-tia p̄na hēbo malū statū: ſʒ ea cōsumpta hēbo bonū statuʒ. sed spes eius cōuertitur in ꝯtrariū sibi. volebat vēdere vnā rē. dixit ipse. nō ero ꝯtentus ista vēditiōe. nolo quottidie iurare: vnde iuro q̄ oēs vēditiones quas facias ratas habeo ⁊ nō veniā ꝯ. nūquid istud sacrm̄ p̄ficiet aliis vēditionibus futuris in quibus non interuenit sacrm̄? Uidetur q̄ sic: q2 seruitus futura imponi pōt: vt. ff. de ser. vr. pre. l. si seruitus. in fi. ⁊ ff. de ser. r. pre. l. labeo. ⁊ arg. ff. q. mo. pig. vel hypo. sol. Sed in q̄ne ista dicimus ꝯ. q2 istud sacramētū nocet in venditione in qua est p̄stitū in aliis nō. q2 pactū cū vna p̄sona factuʒ nō nocet alii: vt. ff. de pac. l. si vnus. §. in summa. ⁊ sicut generalis renūciatio nō nocet in casibus fortuitis: vt ff. siqs cau. l. siqs. §. quesitū. ita nec sacramētū ḡnale nocet. ⁊ pro hoc videt̄. l. expressa. j. ad velleia. l. iubemus. ¶ Sʒ denuo quero hic. hʒ ne locū hec cōstō in trāsactione simplici vel aquil. stipul. vel accept. vallata. verbigr̄a. tota die videmus q̄ quōdā tutores trāsigūt cū pupillis aliquo modico dato. pupillus iurat nō venire ꝯ: ⁊ liberat tutores per aql. stipu. ⁊ acceptilationē: ⁊ iurat nō venire ꝯ: hēbit ne locum hec ꝯstō? Uidet̄ q̄ nō: q2 talis trāsactio est poti⁹ distractus q̄ contractus. Sed certe dicimus ꝯ. ⁊ dicimus q̄ hʒ locū hec constō: q2 appellatione contractus continet̄ trāsactio: vt. j. de fi. instru. l. cōtractus. ¶ Sed denuo quero: habebit ne locū hec cōstitutio in iudiciis: vt in quasi ꝯctibus? Pone minor pubes litigat ⁊ iurat nō venire contra in his que fiunt in iudicio. Uidetur q̄ sic. q2 in iudiciis quasi ꝯtrahit̄: vt. ff. de pecul. l. lʒ. §. ibidē. Sʒ dicimus ꝯ. cū iudiciū reddatur in inuitū: vt. ff. de verb. ob. l. inter stip. §. j. ⁊ cogit̄ venire cōtra captis pignoribus ⁊ mulcta indicta: vt. ff. siquis ius di. nō ob. l. j. Nō ob. q̄ in iudiciis quasi contrahitur q2 non vere ꝯhit̄. vñ ista constō loquit̄ in ꝯtractibus sponte factis. ¶ Sed denuo quero quid si in arbitro cōpromittit minor ⁊ iurat nō venire ꝯ? Uī̄ idē q̄d in iudiciis cum sint redacta ad instar iudicioꝝ: vt. j. de iudi. l. rē nō nouaʒ aggredimur. Sed ꝯdicimus q2 dicimus q̄ cōpromissum fit ex volūtate: vt. ff. d arbi. l. iii. §. tā ⁊ si. ¶ Sʒ denuo quero. minor pubes facit testm̄ vl̄ codicillos ⁊ iurat nō mutare: nūquid hʒ locū hec constō? Uī̄ q̄ sic. q2 testādo quasi ꝯhitur. vñ heres cuʒ hereditariis creditoribus quasi ꝯhere vr̄: vt insti. d ob. que ex quasi ꝯct̄. nas. §. heres. Sed in q̄ne ista ꝯtradicimus duplici rōne. Prima. hec verba. cōtrahere nō referunt̄ ad ius testandi: vt. ff. de ver. sig. l. verba. igit̄ cū hec ꝯstō loquitur in contractibus nō hʒ locū in testamētis. Itē alia rōne: q2 nemo testādo imponit sibi legē a qua recedere nō liceat: vt. ff. de le. iii. l. siqs. in pn. ⁊ ff. de leg. j. l. si mihi ⁊ tibi. §. interdū. ⁊ de hoc plene dixi. s. de sacrosan. ec. l. j. ¶ Sʒ denuo q̄ro quid si mior pubes repudiat hereditatē vel adeat hereditatem ⁊ iurat non venire ꝯ: nūquid hʒ locum hec constitutio? Uī̄ q̄ nō: q2 adire vel repudiare nō est proprie ꝯhere. Alii dixerūt q̄ cū remittere sit quasi ꝯhere q̄ hēat locū ista ꝯstō in aditione ⁊ repudiatiōe: vt. s. q̄ metus cā. l. cū donatiōis. ¶ Sʒ denuo quero super eo q̄ dicit. rerū suaꝝ. ⁊ aduertatis q2 de his sepe dubitat̄. Quid si minor fideiubeat p̄ aliquo ⁊ iurat non venire ꝯ: hēbit ne locuʒ hec ꝯstō? Quid si maritus vēdidit ⁊ vxor minor renūciat iuri hypothecaruʒ ⁊ iurat nō venire ꝯ: nunquid hʒ locū hec ꝯstō? Uī̄ non: q2 hec ꝯstō loquit̄ sup ꝯctibus rerum suarū. at mulier nō sup rebus suis ſʒ super alienis cōtrahit: ⁊ fideiussor alieno nomine obligat: vt. ff. de act̄. ⁊ ob. l. j. §. verbis. Sʒ dicimus ꝯ. q2 minor fideiubēdo obligat seip̄m. q2 dicit: si ipse nō soluit ego soluā: vt. ff. de ver. ob. l. quotiēs. ⁊ l. inter sti. Preterea q̄ dicit sup ꝯctibus rerū suaꝝ. i. super p̄missionibus a se factis vel super his super quibus hñt ius: vt. ff. de verb. ob. l. pupillus. in fi. ⁊ sic interpretata est ꝯsuetudo. ⁊ minime sunt mutanda que certam interpretationem habuerunt: vt. ff. de le. ⁊ consti. l. minime. ⁊ l. si de interpretatione. ¶ Sʒ denuo quero super verbo custodiri: quō hic intelligitur? Certe dʒ intelligi quantum ad exceptionē. vt si minor vendidit rem suam ⁊ iurat nō venire ꝯ. si petat repellit̄ exceptione. Item q̄tum ad actionē: vt si vendidit ⁊ tradidit ⁊ emptor cadit a possessiōe: ⁊ iste minor possidet: hʒ emptor actionē ꝯ minorem: q2 hoc dicit. l. vbicūq̄ dicit aliqd custodiēdū: est intelligendū q̄tum ad actionē ⁊ q̄tum ad exceptioneʒ: vt. ff. de acqui. re. do. l. statuas. ⁊ ff. de le. iii. l. cū qs. §. nuptura. Sed sup actione caueatis vobis: q2 si minor vēdit ⁊ iurat: si possideo nō petit. si vero nō tradit actione ex empto petā tradi. si tradit: liberatus est: vt. ff. de act̄. emp. ⁊ ven. l. rem quandā. ¶ Sed denuo quero. quā actionē habebit q̄ emit a minore si cecidit a possessione? Dicūt quidā q̄ hʒ publi. quasi non sit in eū trāslatū dñium: vt. ff. de public̄. l. vlti. ⁊ l. penul. Sʒ nos dicimus. si minor erat dñs q̄ translatum est dñium: vñ habebit rei vē. vt. ff. de acqui. re. do. l. traditio. sed actionem ex eo ꝯtractu nō hēbit q2 sublata est per traditionē: vt. ff. de act̄. em. ⁊ ven. l. si qs alienā. ⁊ ff. de cōtraben. emp. ⁊ ven. l. si cum fundus. §. si qs. ¶ Sʒ denuo quero. nūquid hec constitutio intelligit̄ siue ꝯtractus fuit celebratus cū decreto: siue sine decreto. Et dicūt quidā q̄ hʒ locū cū ꝯtractus fuit celebratus cum decreto. per. l. s. de leg. ⁊ ꝯsti. l. nō dubium. Sed nos dicimus ꝯ. q2 ista constō fuit facta ad confirmandaʒ opi. dñi Mar. cōtra Bul. ⁊ Jo. ⁊ Azo. que opinio verior erat de iur̄ vt dixi in hac. l. vñ dicimus q̄ constō intelligit̄: siue sit facta f̄m. l. cū decreto. siue contra. l. sine decreto. q2 hec constō dʒ aliquid addere: ⁊ non minorare: al's nihil valeret: vt ar. ff. de vsu. l. si stipulatus. ⁊ ff. de le. j. l. si qñ. ⁊ ff. ad munici. l. j. in fi. ⁊ j. de the. l. j. li. xii. ¶ Sʒ denuo quero. quid si minor vendidit rē suam ⁊ iurat nō venire cōtra rōne minoris etatis: ⁊ deceptus est vltra dimidiā iusti precii: poterit ne venire ꝯ. Uidet̄ q̄ nō. ar. huius constitutionis. ⁊ l. C. ⁊ argu. ff. de exerc̄. l. j. §. is qui nauē. Sed nos dicimus q̄ potest venire contra: q2 si iurauit non venire ꝯtra: sacrm̄ representat eū maiorē. sed maior deceptus vltra dimidiam iusti p̄cii: pōt venire cōtra: vt. j. de rescin. vē. l. ii. ⁊ l. si volēte ⁊ ff. lo. ⁊ conduc. l. ipsum. vnde sicut quilibet maior posset venire contra rōne deceptiōis vltra dimidiā iusti precii: ita iste vt qlibet maior poterit venire ꝯtra. cum rōne sacramēti representet̄ maior. nisi dictū esset q̄ nō veniret contra rōne minoris etatis: vel qualibet alia ratione quia tunc non posset venire contra: vt. ff. de leg. j.

IN integrū restōnez.

Jn. l. ista di. Si tutores vel curatores commēto fraudis interueniēte vendūt res minoris ad lesionē minoris: minor pōt restitui ꝯ talē cōmēticiā vēditionē ⁊ ꝯ fraudem tutoꝝ. Tex. cōmēticias vēditiōes. i. cōmēto fraudis iterposito: vt q2 interuenit fraus emptoris. Tex. insidias. vt q2 interuenit sordes tutoꝝ. Tex. nō dubiū est. i. peritis. Tex. cautum est. i. p̄uisuʒ est. Unde quero hic. Quid si tutores vēdunt res in qbus nō est necessariū decretū: vt vinū oleū vestes attritas: vt. j. de admi. tu. l. lex que in fi. ⁊ l. vl. §. vl. Rñ. contra talē vēditionem restituunt̄ minores p̄ eoꝝ dāno vel fraudis ꝯsilio vt hic. ⁊ ff. de mino. l. si sine. §. quesitū. in ver. idē faciūt. Sed si tutores vel cu. vendūt res in qbus necessariū est decretū sine decreto ipso iure veniunt ꝯ: vt. s. de fideiusso. mi. l. si ea. ⁊ j. de prediis mi. l. siquidem.

¶ Si aduersus venditionē pignoris.

¶ Superiori titulo dictū est qñ vendidit minor rem suam qualiter aliqñ restituit̄: aliqñ nō. verū q2 aliquādo minores non vendunt res suas. ſʒ creditores vendunt res minoruʒ sibi obligatas: ⁊ minores volūt restitui aduersus venditionem pignorum suoꝝ: ponitur rubrica. si aduersus venditionem pignorū. Et interduʒ restituit̄. puta si pignus incipit a minore. Aliqñ non puta si pignus incipit a p̄decessore minoris: vt. j. e. l. j. ⁊ l. ii. Odo.

ETiā aduersus.

Lex ista legit̄ vno mō q̄ ponat vnuʒ casum: sed infert ex genere ad speciem. Alio modo legitur q̄ ponat duos casus. Quando. l. ista ponit vnū casum ita no. casum. Quidam obligauit res pignori. decessit. minor ei successit. creditor distraxit ex pacto vel

cto vel ex.l.minor vult restitui: poterit ne? Rñ. imperator ꝙ sic pro magno ⁊ enormi damno.nō aliter.igitur dicēdum est ꝙ minor non restituatur nisi pro magno damno vbicūqꝫ pignꝰ incepit a predecessore: siue creditor distrahat siue accipiat in causam iudicati. Tex.fuerit.sub.ex pacto vel ex.l. vt insti.quibꝰ ali lꝫ vel non.§.creditor. Tex.si.igitur.infert modo ex genere ad spēm. Tex.pignoribus.captis predijs. qꝛ creditor accepit pignꝰ ⁊ distraxit ex pacto vł ex.l. ¶ Or habetis hic si vendatur pignus quod a predecessore minoris cepit ꝙ minor restituitur ꝓ enormi damno. Uel potest dici quod ista.l.ponat duos casus.⁊ primus casus non mutatur. Secundus casus est cum pignus cepit in cām iudicati: ⁊ auctoritate iudicis distraxit. ¶ Sꝫ ad.l.istā op.⁊ vř qđ minor restituatur nedū pro magno damno: imo ꝓ fraudis consilio: vt.j.de predijs mi.l.ij. Ad quod vos ita dicetis.ꝙ hic dicitur qđ minor restituitur pro magno damno.sub.vel fraudis cōsilio: ⁊ sic h̄ concordabit cum illa. Uel dicatis. hic loquimur in pignore conuētionali: ibi in pretorio: vt.j. l.proxi.plene dicam.

REm quam. In.l.ista tria dicūt. Primo dř. Si pater minor obligauit rē pignori ⁊ minores successerūt pr̄i: si creditor distraxit bonafide non restituunť. Scđo dř. si extraneus obligauit rē aliquā ⁊ minor successit extraneo: si creditor distraxit bonafide minor nō restituiť. Tertio dř ꝙ rō p̄dictorū ē: vt vbi pignus cepit a p̄re minoris ⁊ creditor distraxit bonafide nō restituiť minor ꝯ venditionē: sed agit minor ꝯ tutorē vel curatorē actione tutele vel ꝯria pignoraticia ꝯ creditorē si venditio facta est nō bonafide: vt indicat finis huius.l. Tex. ꝙ iuris est. Incipit scđm dictum. Tex. nam incipit tertiū dictū ꝙ est rō predictorum. Tex.ꝯuenite. contraria pignoraticia: vt.j.si ven.pig.aga.per totuꝫ.vel tutores cōuenite acť.tutele.vt.j.de admi.tu.l.ij. ¶ Or segnori ad id qđ diciť in.l.ista opponiť ⁊ signať ꝯ. Hic dř.si pig. cepit a p̄re minoris vel ab extraneo cui minor successit non restituiť.sed vř ꝯ.s̄.l.pxi. Ad qđ vos dicetis.nō restituitur minor pro modico dāno vt hic.sed pro enormi vel fraudis cōsilio sic vt ibi. Uel pōt dici ꝙ.l.supior loquiť cū pignus cepit a minore.hec loquiť cuꝫ pignus cepit a predecessore minoris. Si obijcis cur dicit ibi pro enormi dāno? Rñdeo subaudiēdum est maxime. Et ad solutionē huius ꝯtrarij ⁊ vt plene liqueat articulus iste: ita distinguēdū est. Cum pignus minoris distrahiť: si pignus icepit a minore.aut ē cōuētionale.i.cū iuř solēnitate obligatū: puta cū decreto. aut pretoriū vel iudiciale. Et dř ꝯuētionale pignus cū cōuenit vt creditor vēderet nō soluta pecunia: vt insti. qbus ali licꝫ vel nō.§.creditor.⁊ hoc dꝫ esse decretū: si sunt res q̄ seruādo seruari pn̄t.al's nō: vt in pal.§.colligiť. Pretoriū vł iudiciale pignus est: cū iudex vel ptor inducit in possessionē cā rei seruādē: vt.ff.de pig.l.nō est miruꝫ.⁊.ff.vti possi.l.si duo §.creditores. Uel cū minor est ꝯuētus: ⁊ nō defendiť: iduciť creditor in possessionē: vt in p̄dicta.l. Uel dř iudiciale cū minor cōdēnatus nō soluit: vt.ff.đ rei.vē.l. a diuo pio.§. j. Si pignus est ꝯuētionale h̄ dico duplr. Et vno modo ƀꝫ Jo.⁊ Azo. ꝙ restituiť minor ꝓ modico dāno: vt.ff. đ distra. pig.l.si creditor.§.illud.nō aūt ꝓ minimo.vt.ff.de mi.l.non semper. Uel dicatis si pignus incipit a minore restituiť ꝓ modico dāno vt ibi: nisi maiori summe vel rei preiudiceť: vt ff.de in inte.resti.l.scio. Si aūt pignus est ptoriū vł iudiciale captū ideo ꝙ minor nō defendebať: hic dicit Bul. ꝙ restituitur minor ꝓ dāno magno: vt.s̄.l.pxi.pro fraudis cōsilio: vt.j.de predi.mi.non ali.l.ij.⁊.ff.de mi.l.si ex cā. in pn̄.⁊ l.pe. Si aūt pignus incepit a p̄decessore minoris hic fuit triplex opi. Dixit Bul. ꝙ nō restituiť minor vt hic nisi pro magno detrimēto vel fraudis ꝯsilio creditoris ⁊ emptoris: vt.s̄.l.pxi.⁊ sic loquiť.j.de pre.mi.non ali.l.ij. Secus si creditoris tm̄: qꝛ tunc nō restituiť: sꝫ cōtra venditorē agit iure cōi: vt hac.l.ꝓbať. ¶ Secunda opi.fuit dn̄i Jo.qꝛ dixit refert.aut venditio fit bonafide: ⁊ tunc minor non restituitur: vt in primo ⁊ secundo casu huius.l.nisi interueniat magnū detrimentū: vt.s̄.l.proxi. Si autem fit venditio mala fide: si emptor malā fidē non participauit non restituiť minor: vt in fi.huius.l. Si autē participauit malaꝫ fidē: restituitur.vt .j.de p̄.mi.non ali.l.ij.⁊ hoc idō dicunt: qꝛ minor nō dꝫ eē magis priuilegiatus q̄ defunctꝰ: vt.ff. de mi.l. emilius largianus.cū suis filibus. ¶ Tertia opi.fuit dn̄i Az.q dixit.si venditio fit bonafide: nō restituiť minor: vt in primo scđo casu huiꝰ.l. Si mala fide: siř nō restituiť minor: qꝛ.ll.sunt expsse que dicūt non plus iuris habere heredes q̄ defunctos: vt ff.de mi.l.emilius largianus. ⁊ al's de iu.l. heres absens.⁊ ff.de iure fis.l.fiscus.⁊.j.de his q̄.vt indig.l.polla. Nec ob. s̄.l.pxi.qꝛ ibi cepit pignus a minore. sed ista.l. loquiť cum pignus cepit a predecessore minoris.⁊ sic est dr̄ia vtruꝫ pignus cepit a minore: quo casu restituitur.si autē cepit a predecessore minoris: non restituiť.sic ⁊ al's vř simile.ff.ex quibus cau.in pos.ea.l.apud iul.

¶ Si aduersus donationem.

¶ Nō solū minores petūt restitui aduersus venditioneꝫ a se factā vel a creditore immo aduersus donationem factā. ⁊ ideo ponit si aduersus donationem.sub.a minore factam in integrum restitutio postuletur.quid iure sit videamus.

SI que res. In.l.ista ponetꝫ ita casuꝫ. Quidā adultus cōtraxit sponsalia cuꝫ aliqua muliere. cantractis sponsalibus ante ꝯtractuꝫ mr̄imoniū traxit curatorem suū in ptem: ⁊ forte aliquos consanguineos: ⁊ dixit eis: dn̄i vos scitis cōsuetudinē huius ciuitatis: qꝛ ꝯctis spōsalibꝰ: sponsus in sponsaꝫ exercet spōsaliciā largitatē. hoc est spōsus mittit sponse zonas.si vobis placeret mitterē. dixerunt ipsi placet nobis.quid videť vobis conueniens? dixerunt ipsi videtur nobis ꝙ emas corrigiam argēteaꝫ de.x.libris: ⁊ auctoritate curatoris dones ei.⁊ ita minor auctoritate curatoris cōpetenti moderatiōe in sponsam exercuit sponsaliciam largitatē.vult minor postea restitui: nunquid poterit? Rñ.absit ꝙ hoc casu debeat minor restitui: hoc dicit ista.l. Uidete expōnem lr̄e. Tex.sique res.sub.in quibus alienādis decretum nō requiritur vt olim in vrbano predio: vt.ff. de p̄.mi.nō ali.l.j.hodie ēt in his que seruando seruari pn̄t: vt.j.de admi.tu.l.lex que tutores.in pn. Tex.ante nuptias idest sponsaliciam largitatē.nō intelligas an̄ nuptias vt dř j.de dona.l.j. sed ante ꝯtractū mr̄imoniū cōgruēti moderatione. Et dř cōgruens moderatio inspectis facultatibus ⁊ equalitate psone: vt dř in dote: vt.ff.de iuř doť.l.siue generalis.⁊.l.quero. Tex.non reuocabunť. Sed quare hic nō reuocantur? quia fecit minor ꝙ faceret qlibet diligens pr̄fa. ⁊ h̄ ex ꝯsuetudine approbata.vnde si fecit ꝙ faceret quilibꝫ diligens paterfa.nō videtur circūscriptus cum sit vsus iuř cōi: igitur nō est restituendus: vt.s̄.de in inte.resti.l.vl. Uel dicatis ꝙ talis donatio fit ob iustaꝫ cām: vn̄ non reuocatur vt.ff.de admi.tu.l.cū plures.in fi. Sed.l.videtur velle ꝙ si donauit sponsus sponse ꝙ reuocať: vt.j.de p̄.mi. nō ali.l.p̄dia. Ad qđ pōt dici.aliud est cū donanť mobilia spōse: vt si donať ei zona: vel veluꝫ: vel sotulares.⁊ hoc casu qꝛ donať cōgruēti moderatiōe: nō reuocať illa donatio: nec potest restituiꝰ ꝑmissis rōnibus vt hic. Aliud est cum donantur res immobiles: in quibus decreto opus est qꝛ tunc reuocātur vt ibi. Uel h̄ loquitur in sponsalicia largitate que est permissa: vt hic.ibi.l.contra.loquitur in donatione propter nuptias que dꝫ dari.vt dos data est.vt.j.de dona. ante nup.l. dos data. Sꝫ circa hunc articulū non. regulam ⁊ instantiam regule. Regula est ꝙ minori regulariter prohibitū est donare cum tutore vel curatore: vel sine tutore vel cuř.cum decreto vel sine decreto: qꝛ donare est pdere: vt.j.si ma.fac. ra.ha.l.vlti.§.penul.vnde quia non valet donatio: non restituitur: quia tutus est iuř communi: vnde cessat auxilium restitutionis ꝙ est extraordinarium: vt.j.ti.proxi.l.ij. ⁊.ff.de mino.l.in cause.ij.in prin. Fallit in casibus: vt si donet sue sponse vt hic. Item si donet preceptori suo inspecta qualitate sua ⁊ doctoris. Item si prestat alimenta fratribus: vt ff.de tu.⁊ ra.dis.l.j.⁊.ff.de admi.tu.l.cum plures.in fi.⁊ hoc

est verū in his casibus si donet moderate. sꝫ si immoderate daꝛ restō. Uel si faciat donationē in ea re que nō ꝑmittitur alienari: vt in.l.ꝑdia.j.de ꝑ.mi.nō ali. Jtē permittiꝛ mulieri minori dari dotē cū decreto: lesa tñ imoderate restituitur: vt.j.si aduer.do.l.j.ꝛ.j.de admi.tu.l.lex.que tutores.ꝛ.ff.eo.l.ait pretor.§.in dotis.

J in te. Jn.l.ista poniꝛ talis casus. Quedā puella accessit ad ꝑn cipē ꝛ sic ꝓposuit corā eo.dn̄e iperator.pater nr̄ dn̄ ego ꝛ fr̄ meus essemus emācipati dona uit nobis aliqua ꝑdia.postea sine ꝯsensu nr̄o pater donauit portionē ꝑdiorū alij. nūqd ꝑiudicat nobis? R̄n̄.impator ꝙ nō. sꝫ si frater meus ꝯsensit p̄ri vt donaret portionē predij nobis ꝗsiti: qꝛ in eo alienādo necessarium erat decretū.ipo iure nō vꝫ donatio: ꝛ iō nō pōt petere auxi lium restōnis in integrū. Sꝫ si donauit rē in qua nō erat ne cessarium decretū: tenuit donatio si p̄ri donāti ꝯsensit. Sed si minor statuta tpa ad petēdā restōnē in integrū nō excessit: auxiliū in integrū restōnis ꝯ talē cōsensuꝫ poterit petere. Tex.nihil vobis abstulit.sine ꝯsensu vr̄o: vt.j.de reuo.do.l. post ꝑfectū. Tex.ꝓpter auctoritatē se.cōsul.vt.ff.de rebus eoꝝ.l.j. Tex.necessariū est.cū ipo iure nō valuerit donatio: vnde nō est opus restōne: vt.ff.de mi.l.in cāe.ij.in ꝑn. Tex. ꝑn̄t. Sed que sunt iste? Res mobiles oēs tpe hui⁹.l.sꝫ bo die idē in illis ꝙ in imobilib⁹ exceptis his que nō ꝑn̄t ser uari: vt.j.ꝺ admi.tu.l.lex q̄ tutores. ⸿ Or segnori dr̄ hic in fi.l.si ego minor ꝯsentio p̄ri donanti rē meā in qua nō erat necessariū decretū ego restituor ꝯ talē ꝯsensuꝫ ꝛ restituor ꝯ patrem. Sed vr̄ ꝯ.j.qui ꝛ aduer.quos.l.vl. Ad qꝺ dixerunt quidam ꝙ dr̄ hic oliꝫ erat.sed hodie secus est: vt in.l.cōtra. Alij dixerūt ꝙ nō restituiꝛ cōtra patrē sꝫ cōtra ꝯtuꝫ: vt.j.si aduer.rem iudi.l.si patri. Uel pōt dici ꝙ nō restituitur ꝯtra patrem: vt in.l.cōtra.sed restituitur cōtra eum in quem pa ter alienauit: ꝛ sic loquitur.l.nostra.

⸿ Si aduersus libertatem.

⸿ Superiori titulo dictū.est vtrū minor possit restitui vl̄ nō aduersus vēditionē vl̄ donationē: nūc vero poniꝛ: si aduer sus libertatē.sub.restō in integrū postuleꝛ.qd iuꝛ sit videa mus ꝛ subijciam⁹. Uel legiꝛ ita.si aduersus libertatē restō a minore postuleꝛ: qn̄ restō sit dāda vl̄ denegāda videamus ꝛ subijciamus.ꝛ si aduersus libertatē iam cōpetētem resti tui nō pōt: si aduersus cōpetiturā pōt: vt in prima ꝛ secūda ꝛ tertia.l.huius ti.habebitis.

J post decretū. Jn.l.ista ponūtur duo casus. Primus est talis.quidā minor xxv.an.corā impatore sic ꝓposuit. dn̄e im perator.p̄r meus vl̄ aliqs alius ex̄neus in stituit me hēdem huo suo scōo libertatē re liquit: si ille seruus mihi daret.x.ille seruus venit corā ꝑto re ꝛ petebat ꝙ ex cā fideicō.eū manumitterē.ego dicebā ꝙ nō tenebar: qꝛ rogatus eram manumittere sub cōditione si daret.x.ipse nō impleuit cōditionē. ꝑtor nihilominus pro nūciauit eū eē manumittēdū.volo restitui ꝯ illā sn̄iaꝫ. que ro a vobis nūquid possuꝫ? Ad qꝺ rn̄det impator. si eū non manumisisti ex quo es minor poteris restitui. ꝛ ita restitue ris aduersus libertatē cōpetiturā. Scōs casus est.si tu mi nor manumisisti ꝛ vis restitui ꝯ sn̄iaꝫ: iō qꝛ ꝯditionē nō im pleuit tibi hoc facere nō lꝫ: qꝛ vis restitui ꝯ libertatē iam cō petentē.sed si tui curatores accōmodauerūt consensum illi manumissiōi: dānū ꝙ ob eā cām assecutus es: vtili acꝛ.neg. ge.cōsequi.poteris. Tex.viri clarissimi.i.clarissime dignita tis.nā nō est clarissimus: vt.ꝰ.de epi.ꝛ cle.l.raptores.simile no.ꝰ.ex quibus cau.infa.irro.l.ꝛ si seuerior. Tex.deberi.i. prestari. Tex.secūdus.al's secundinus.ꝛ nō est vis qꝛ pro prium nomen serui est manumittendi. Tex.admittit.qꝛ resti tui poteris ꝛ videris restitui ꝯ libertatē cōpetiturā. Tex.ꝙ si. Jncipit secūdus casus. Tex.itelligitis.qꝛ nō restitueris aduersus libertatem cōpetētē. Tex.ob eā cām.qꝛ manumi sisti eum. Tex.sarciendū.si ipsi accōmodauerūt consensum vel fecerūt ꝙ manumitteres.sꝫ ꝛ si tu nō hēres curatores ꝛ dolo serui manumisisti hēres actionē de dolo ꝯ eū vel in fa ctuꝫ: vt.j.diceꝛ. Et statim queritur que sit dr̄ia inter primuꝫ ꝛ scōm casuꝫ? R̄n̄.in primo casu volebat minor restitui ꝯ li bertatē cōpetiturā: qꝛ seruus erat ꝓnūciatus manumitten dus: ꝛ nō manumiserat. Jn secūdo casu minor vult restitui contra libertatē cōpetētē ꝙ nō pōt: vt.ff.de mi.l.verū.§.qꝺ si minor. Unde circa articulū istū ita no.aut minor vult re stitui aduersus libertatē cōpetentē: aut cōpetiturā. Si mi nor vult restitui aduersus libertatem competētē: hꝰ regula riter nō lꝫ fauore libertatis: nisi ex magna cā: quaꝫ impator approbauerit.vel si manumissio illius serui ad subuersionē totius domus minoris ꝑtinebit: vt.ff.de offi.pre.l.vlt. Si tn̄ minor hꝫ tutorē ꝛ passus est curator eū manumittere: hꝫ vti lem actionē nego.ge.ꝯ euꝫ ad interesse: vt in fi.huius.l. Sꝫ si minor manumittit dolo serui: poterit agere ꝯ eum act. de dolo ad interesse infra an.post annū act.in factū: vt.ff.de mi no.l.verū in prin. Sꝫ instabit aliqs ꝙ minor ꝯ manumissuꝫ nō hꝫ act.ꝺ dolo cū hec sit regula: ꝙ de gestis in seruitu. nō detur actio ꝯ manumissuꝫ: vt.ꝰ.ꝺ ne.ge.l. cognati.ꝛ.j.an ser uus ex facto suo.con.pos.l.j. R̄n̄.regulariter seruus de cō tractu celebrato in seruitutē liber factus nō teneꝛ: vt in.l.ꝯ. Fallit tn̄ si rōne doli cōmissi in seruitute ꝑuenit ad liberta tem: vt.j.an seruus ex suo facto.l.promisse.at hic dolo serui manumisit eū minor: vt ꝛ al's.ff.de mino.l.ex causa.i fi.cū.l. se. Si autē minor vult restitui aduersus libertateꝫ cōpetitu ram: qꝛ iudex pronumciauit minorē seruū suuꝫ manumitte re debere: ꝛ nō manumisit: poterit restitui aduersus pronū ciationem vt in ꝑn. huius.l.ꝛ.j.l.ꝑxi.idem ē ēt si minor ven didit ꝛ tradidit seruū suū ea.l.vt manumittaꝛ: qꝛ poterit re stitui: vt.ff.de mino.l.verū.§.ꝙ si minor. sꝫ si minor esset.xx. an.sicut per se non potest manumittere ita nec per aliū sed cā cognita posset manumittere: vt.ff.de ma.vin.l.si minor.ꝛ de hoc habetis.j.l.proxi.ꝛ.l.vlti.

E si minor. Jn.l.ista poniꝛ ta lis casus. Mulier aliqua minor.xxv.an.a seruo suo circūscri pta huū suū cā cognita māumisit: vult resti tui aduersus libertatē iaꝫ ꝑstitā: nunqd po terit? Certe non.sed qꝛ circūscripta fuit do lo serui: poterit agere contra eū act.de dolo vel in factū ad interesse vt indēnitati sue ꝯsulaꝛ. Tex.in ꝯsilio.i.in iudicio cā cognita.vt isti.q ꝛ ex qbus cau.ma.nō pos.§.eadē. Tex. pōt.ꝛ ideo hoc casu minori restitutio denegatur. Tex.con suli.nā ꝯ manumissum cuius dolo cricūuēta est agat de do lo ad interesse infra annū: vt.ff.ꝺ dolo.l.eleganꝛ.in ꝑn.post annū ad interesse act. in factū: vt.ꝰ.l.ꝑxi.dixi.

Uos retrahi. Jn.l.ista tria di cunꝛ. Prio dr̄. si minores.xxv.an.manumiserūt seruos suos sine cā manumissiōis: ipso iuꝛ nō vꝫ: ꝛ iō non indigēt restōne. Scōo dr̄.si cā cognita manu misissent: vꝫ manumissio: ꝛ aduersus eā restitui nō ꝑn̄t. Ter tio dr̄.si minores fraude liberti curatoris eoꝝ hāc manu missionē fecerūt: hn̄t vtilē acꝛ.neg.ge. ad interesse ꝯ eum.ꝛ si fraus apta eius interuenit ꝺ hoc erit a iudice puniēdus. Tex.si nō in consilio cā cognita: qꝛ ex̄iudiciū tn̄ non vꝫ: vt ff.de mi.l.vex.§.ꝙ si minor. Tex.ꝑtātis.naꝫ vbicūqꝫ minor est tutus ipso iuꝛ: nō indiget restōne: vt.ff.de mi.l.in cāe.ij. in ꝑn. Tex.ꝙ si. Jncipit scōm dcm̄. Tex.ꝑbata tn̄.i.i ꝯsilio approbata. Tex.ꝯ libertatē.s.iā cōpetētē. Tex.nō pōt.vt.ꝰ. e.l.j.in fi. Tex.si cū. Jncipit tertium dictuꝫ. Tex.curatoris scilꝫ minorum. Tex.lesa sit.s.minoris. Tex.ab eo.s.liberto. Tex.nō dubitaturus. vtili act.neg.gest.vt.ꝰ.e.l.j. in fi.ꝛ ibi dixi. Tex. adhibere.contra illum curatorem.

N iudicio. Jn.l.ista dr̄. Si iter minorē ꝛ huuꝫ in iu dicio liberali ꝓnūcieꝛ illū quē dicebat mi nor seruum liberū esse: ꝯ hāc sn̄iam nō po terit restitui si non appellauit: ꝛ ab ea pōt appellari. Tex. cā.que vertebaꝛ inter mi norē ꝛ eū quē minor seruuꝫ dicebat. Tex.latā.qꝛ ꝓnuncia tus est

tus est seruus liber. Tex. nō pōt. vn̄ no. si huus minoris p̄nūciat liber minor poterit appellare nō aliter restitui. si nō appellauit poterit restitui vt appellet: vt. ff. de ap. l. illud.

℃ Si aduersus transac. vel diuisionem.

℃ Or ꝯtigit aliqñ ꝙ minor trāsigit cū iur solēnitate: ꝛ aduersus illā trāsactionē minor petit restitui: iō ponit̄ hic tit.

Cum in integrū. In. l. ista ponit̄ talis casus. Pupilla ꝯueniebat̄ cōpetētib⁹ actionibus a suo aduersario. trāsegit solēniter. Uel pupilla solēniter diuidit cū eo cū quo rē cōez hēbat. si lesa est exquo mior est pōt restitui. sꝫ exquo ip̄a restituit̄: licebit aduersario exercere p̄mas actiōes q̄s hēbat ꝛ restituet̄ aduersario suo vt hēat ꝙ dedit. Tex. rescidi trāsactionē. solēniter factā auctore curatore. ꝛ cū decreto si fiat sup reb⁹ in quib⁹ est necessariū decretū. Tex. tu. s. aduersarius minoris. ℃ Or segnori in. l. ista dr̄ vt dixi in casu. ꝛ hoc iō qꝛ restō est ita faciēda: vt ff. de mi. l. ꝙ si minor. §. restō. ꝛ. j. de repu. q̄ i fi. in iu. l. vnica. Unde no. si aduersarius minoris ꝑpter trāsac. vel diuisionē aliquā act. amisit: illam hēbit si minor restituit̄ aduersus transac. vel diuisionē. al's si ex alia iusta cā amisit nō hēbit: vt. ff. de minori. l. cum minor.

In. l. ista ponit talis casus. Quidam accessit ad principẽ ⁊ coram eo sic proposuit talẽ qõnez. domine habeo filiã emãcipatam. duz qõ esset inter filiam meã ⁊ me cõpromisimus in arbitrũ. facto cõpromisso incepi perpendere ꝙ arbiter claudicabat: quia diligebat filiam meam: plurima sorde vel pecunia interueniente vel gratia propter rem veneris. dominus arbiter dictauit sententiam contra me ad sensum filie mee. nolo parere sententie. qualiter subuenit mihi? Respondet imperator si ita est non teneris parere sententie. ⁊ si filia tua petat a te penã: tu repelles eam doli exceptione. Tex. non obtempas. s. tu pr̃ vel mater. Tex. vel euidens gratia. s. propter rem veneris: vel propter aliam causam. Tex. intercessit. quia laudauerũt pro filia tua contra te. Tex. agentem ex stipulatu. ad penaz si est promissa. vel ad interesse: si non est promissa pena. Tex. non vetaberis. ad penam vel id interesse. Sz que est ista doli clausula que adicitur in compromissis? Est certe talis titius ⁊ seius de tali questione: vl' de omnibus litibus communi concordia compromisserunt in talem arbitrum: ⁊ promisserunt in talem arbitrum suscipientem arbitrium: ⁊ promisserunt eius laudo stare sub tali pena: ⁊ dolum malũ abesse: vt. ff. e. l. ita demum. vnde quia ista filia arbitrum corrupit: non stetit pacto: vnde doli clausula poterit conueniri. Et not. hic differentiam inter arbitrum ⁊ iudicem: quia si iudex sorde euidenti corruptus est: sententia ipso iure nõ valet: vt. j. que sen. sine ap. re. pos. l. venales. sed si iudex corruptus est propter gratiam: valet sententia sed datur restitutio: vt. ff. ad tre. l. seruo. §. item pretor. sed in sententia arbitri siue interueniat euidens sordes siue euidens gratia valet laudum. ⁊ si non pareatur sententie potest committi pena. Sed que est ratio? qꝛ arbitri sententia non est sententia: vt. s. e. l. j. sed iudicis sententia est sententia.

LE in arbitris.

Segnori tres pcedentes leges sunt leges veteres alioꝝ imperatorum qui precesserunt iustiñ. ista. l. cum duabus sequentibus est noua. l. iustiñ. ⁊ hec. l. habet duas ptes pncipales. ⁊ pma ps durat vsqꝫ ad. §. si quis aũt. ⁊ ponit quattuor casus. secunda durat vsqꝫ in fi. ⁊ ponit vnum aut duos casus. ⁊ istam partem explicabimus per se. ¶ Et primus casus est talis. Olim litigãtes compromittebant in arbitrum ⁊ iurabant litigatores ⁊ ar-

biter. vel soli litigatores iurabant: vel solus arbiter. postea non seruabatur arbitrium: vnde multa piuria cōmittebantur vnde iustin. fecit legem istam ꝛ dicit. si actor vel reus compromittunt in arbitrum ꝛ inuenitur scriptum proprijs manibus eorum: vel per probatiōes publicas: vel in actis apud ipsum iudicem ꝙ ipsi compromiserunt stare arbitrio religione iurisiurandi: ꝛ arbiter iurauit cum omni veritate litem dirimere: hoc casu valebit compromissum ꝛ non licebit litigatoribus cōtrauenire. ¶ Secundus casus est si scriptū reperitur ꝙ soli litigatores iurauerunt stare sententie arbi. hoc compromissum erit validū. ¶ Tertius casus est si scriptum reperitur manibus ipsius arbitri vel manu pu. ꝙ solus arbiter iurauit bona fide litem dirimere. In omnibus predictis tribus casibus: si sententia est cōdemnatoria: datur actio in factum vel conditio ex. l. vel vtilis rei vendi. sed si sentētia est absolutoria: dat̄ exceptio doli mali. ¶ Quartus casus est si non reperitur scriptum ꝙ aliquis iurauit: sed vna pars dicit iuratum esse: vel quia arbiter dicit iuratū esse: hoc casu soli sermones arbitri minime sunt credendi. sed hoc casu seruantur veteres leges: vt si cōpromissum est cum pena: detur petitio pene. Tex. committat̄. sub. si eorum arbitrio non stetur. Tex. iudicum idest arbitrorum: vt faciat ad titulū. sic in auc. de appel. §. deinceps. colla. viij. ꝛ ff. qui satisda. cogan. l. arbitro. Tex. esse componendam. hoc est exordium huius. l. quare iustinian. fuit motus ad componendum istam. l. ne periuria committantur: vt. s. de transactio. l. siquis maior. ꝛ ne exinde ꝛc. vt. j. vn vi. l. meminerint. ꝛ ideo dicit imperator alibi: neq; perfidie. vt. s. si aduersus vendi. l. ij. ꝛ in auten. ibi signata. Tex. necnon. ꝛ ipsum iudicem. i. arbitrum: vt. s. dixi. Tex. fuit consensum. ¶ Or segnori ex ista littera colligimus argu. contra Pla. qui ita descripsit arbitrium in summa sua. Arbitrium est actus trium personarum sub arbitro litigantium. sed ipse male descripsit: quia arbitrium est actus duarum personarum sub arbitro litigātium: vt patet ex littera ista: quia duo compromittunt communiter. sed si plures persone compromittant in arbitrum: ad duas personas reducūtur. scilicet actoris ꝛ rei. Et ideo describitur sic. Arbitrium est actus trium personarum. scilicet actoris ꝛ rei: ꝛ arbitri sedentis in medio. sicut ꝛ iudicium dicitur actus trium personarum: cum arbitria ꝛc. vt ff. eo. l. j. ꝛ hoc est qđ dicit Marcus tullius. causa est controuersia in dicendo posita: trium personarum interuentu actoris rei: ꝛ iudicis sedentis in medio. ꝛ per hoc videt̄ innuere de arbitro vt de iudice. Bene potest tertio modo describi ꝛ in idem recidit. Compromissum est actus duarum personarum sub arbitro litigantium de lite vel de causa pecuniaria: quia de causa criminali nō potest compromitti sicut nec de liberali: vt. ff. e. l. nō distinguemus. §. de liberali. sicut ergo arbitrium est actus trium personarum. ꝛ ideo si arbiter succederet vni litigantium: deficeret compromissum vt. ff. de iudi. l. iuli. ꝛ ff. e. l. penultima. Tex. vt cum sacramēti relig. lis procedat. pstiti ab arbitro ꝛ litigatoribus. ꝛ ita loquitur primus casus. Vel potest dici ꝙ non erat compromissum cum relig. iurisiur. sed reperiebatur scriptum cōpromissum ꝛ in religione iurisiuran. cui statur siue sit verum siue non. ꝛ hoc est qđ stati dicit. sic ꝛ al's. ff. de donatio. l. ex hac. Tex. compellatur. vnde si sententia est condemnatoria datur actio in factum: vel ex. l. condict̄. vel vtilis rei vendi. si est absolutoria dabit̄ doli exceptio: vt in fi. huius. l. Tex. sinautem. Incipit secūdus casus litteris scriptis manu sua vel publica. Tex. iurauerunt. nam in omnibus istis casibus debet sentētia arbitri obseruari. Tex. sed ꝛ si ipse. Modo incipit tertius casus quādo inuenitur scriptum ꝙ solus arbiter iurauit. Tex. liberamenta. scilicet equalia. quia ꝭm veritatem iudicabit. Tex. ꝛ in his omnibus casibus. scilicet tribus. Tex. postulauerit. si forte petebatur incertum ꝛ compromissum est: datur actio in factum: puta quia petebatur illud aut illud: qđ est incertum: vt. ff. de verborum obliga. l. vbi autem nō apparet. §. qui illud aut illud. ꝛ datur in factum actio que est generalis: vt. s. de sacrosanc. eccle. l. sancimus. ꝛ. l. scilicet ex. l. conditio datur si petebatur certū. vel vtilis rei vendi. si agebatur rei vendi. vel petebatur aliqua res: ꝛ datur ex sententia iudicis. quando possessio fuit tradita: ꝛ postea est amissa: datur public. vt. ff. de pub. l. ꝛ si res. in fi. al's autem ex sententia iudicis nō datur dominium sed declaratur: vt. ff. de rei vendi. l. ex diuerso. Tex. sinautem in scriptura ꝛc. Incipit quartus casus. Tex. credēdos. Unde no. ꝙ nō statur dicto vnius litigatoris vel solius arbitri: quia vox vnius ꝛc. vt. j. de testi. l. iurisiuran. similiter nō statur nunciationi nunciorum: vt. j. de accu. l. si non singuli. nisi probetur aliter veritas adesse: vt. j. de accu. l. ea que sed dicto iudicis statur: vt. ff. de ap. l. ab executore. in fi. ¶ Sed nunquid qui fuit arbiter poterit esse testis in eadem causa? Uidetur ꝙ non. ff. de testi. l. vltima. Uel potest dici ꝙ iure nostro non inuenitur prohibitum ꝙ arbiter prohibebatur. vnde admittitur cum edictum de testibus sit prohibitorium: vt. ff. de testi. l. j. Tex. sanxerunt. vnde si est cōpromissum sine pena nō valet. al's sic. ꝛ si non pareretur sentētie arbitri cōmittitur in penam: vt. s. e. l. j. ꝛ. ff. e. l. iij. §. ait pretor. Or segnori habetis hic. si reperitur scriptum compromissum in arbitrum cum religione iurisiuran. litigatorum ꝛ arbitri: vel litigatorum tantum: vel arbitri tantū: in his tribus casibus datur in factū actio vel ex. l. conditio vel vtilis in rem. si sententia fuit condemnatoria. sed si fuit absolutoria datur doli exceptio. ¶ Sed opponitur ꝛ videtur ꝙ nō datur in factū actio: vel conditio ex. l. vel vtilis in rem: vel doli exceptio: sed pene petitio tantum: vt. s. e. l. j. ꝛ. ff. e. l. ij. Ad qđ dixerūt quidam. ex sentētia arbitri non datur actio iudicati que datur ex sententia iudicis: vt. ff. de re iudi. l. miles. §. iudicati. sed in factum actio sic vt hic. Item ex sententia arbitri non datur exceptio rei iudicate: sed doli vel pacti vel iurisiuran. Sed hec solutio nō est bona quia ex sententia iudicis datur actio in factū hodie: vt. j. de rebus credito. ꝛ iurisiur. l. actori. Alij dixerunt: qđ in illis legibus dicitur presenti. l. corrigitur. Sed verius est vt dicamus ꝙ ex sententia arbitri nō datur actio vel exceptio vt in. l. cōtra. Fallit in tribus casibus. Unus est hic. Item fallit cum compromittit̄ pacto ꝛ emologatur compromissum expresse. Item fallit si tacite emologatur: vt. j. l. proxi. Sed qđ de iuramento dicitur corrigitur per auc. hic positam que incipit. decernit. al's incipit. decreuimus. vnde videatis eam.

Decreuimus. Auc.

Segnori auc. istam continuabitis ad. l. C. in hunc modum. In. l. C. dicebatur posse arbitrum eligi cum religione iurisiurandi. ista noua constitutio corrigit. l. C. in hoc. ꝛ decreuit iustiñ. in constitutione ista hodie non debere eligi arbitrum cum religione iurisiurandi: sed cum pena: vt metu pene pareatur iudicatis: qua prestita licet a iudicatis recedere. si autem eligitur cum religione sacramenti: nō valet cōpromissum ꝛ si arbiter iudicauit dolose pena a deo expectet. si per ignorantiam: nihil preter sacramentum expectet. Tex. sacramenti scilicet prestiti ab arbitro ꝭm Bulga. Unde ꝭm Bul. hec constitutio prohibet solummodo arbitrum iurare. ¶ Legitur ꝛ secundo modo ꝭm Mar. vt cum sacramenti scilicet prestiti a litigatoribus. cui littera repugnat in fi. ¶ Uel legitur tertio modo ꝭm Joan. ꝛ Azo. vt cum sacramenti scilicet prestiti. ab arbitro ꝛ litigatoribus: quia indefinite loquitur: ꝛ indefinita equipollet vniuersali. Tex. recedere. nisi esset dictum: vt arg. j. de transac. l. qui fidem. ꝭm Jo. ꝛ Azo. licet alij dixerint contra. vt. j. l. proxi. dicam. Tex. nihil ei idest arbitro. alij habent eis scilicet litigatoribus. ꝛ tunc vt dixi facit pro opinione domini Jo. ꝛ hec auten. est in cor. auten. de iudic. §. quia vero multe. col. j. ¶ Or segnori ad istam auc. opponitur sic. compromissum est in arbitrū ꝛ iudicat dolose: videtur facere litem suam: nec punitur nisi a deo: vt hic dicitur. ¶ Sed lex videtur cōtra. que videtur velle ꝙ sicut iudex tenetur: ita arbiter: vt. s. de pac. l. siquis in conscribendo. in fi. Ad quod quidam dixerunt. quod hic dicitur ibi corrigitur. Uel potest dici. vbi tenet compromissum ꝛ facit litem suam: tenetur vt iudex: vt in. l. contra.

sed vbi

sed ubi non tenet compromissum nō tenetur arbiter. unde non tenet quasi litem suam fecerit ut hic. ¶ Sed quid erit? duo compromittunt in arbitrum & promittūt stare sententie sub certa pena. insuper iurant stare sententie arbitri. si alter eorum maluerit stare sententie arbitri poterit ne exigi pena. Dixerunt quidam q non: quia factum est contra formam huius. l. unde quicquid sequitur ex eo &c. ut. s. de le. & con stitu. l. non dubium. Sed potest dici contra. & contra. serua tur. & est dicendum q pena potest peti: quia in isto compromisso duo intercesserunt. pene promissio. unde hoc fuit utile. Item sacramenti religio. & hoc fuit inutile. unde utile per inutile non viciatur: ut. ff. de verb. obliga. l. que extrinsecus. & ideo dicit. l. si legantur tibi. c. si iuraueris ascendere capitolium: valet legatum: & conditio est inutilis. ut. ff. de condi. insti. l. que sub conditione. §. quotiens. & ff. de conditio. & de monstra. l. ij. & l. non dubitamus. Item si duo plures ve cō promittunt in arbitrum sub pena: & iuratur stare sententie arbitri compromissum non est prohibitum: sed forma talis compromissi viciatur. sicut dicimus in muliere que conuolat ad secundas nuptias. j. tempus luctus: quia matrimonium non cassatur: sed nimia festinantia punitur: ut. j. de secundis nupt. l. ij. & i auc. de restitutio. & ea que parit. §. vnū.

Si quis autem. Hic incipit secunda ps & quintus casus huius. l. & in. §. isto dicitur si duo compromittūt in arbitrum: & lata sententia approbant laudum siue approbantibus verbis: quia quilibet eorum dicit: huic sententie non contradico sed eam laudo: hoc casu datur in factum actio & exceptio. siue non dicant huic sententie non contradico non autem annectunt nō confirmo. nam sicut solemnitas antiqua in stipulationibus est sublata: ita in istis emologationibus. quia siue adijciantur hec verba huic sententie non contradico: siue confirmo: siue eam laudo: datur in factum actio & exceptio. Text. subscripsit. grecum habetis & exponitur ita. non contradico huic sententie sed eam laudo. Text. & si non addiderit scilicet confirmo laudo: sed simpliciter dixit non contradico. Tex. consenserit. & hoc si sententia est condemnatoria. Text. ut si quis. hec omnia. nō cō tradico. & confirmo & laudo vel unum tantum. Text. non potest. unde si quis promittit se curaturum non simplex amminiculum promittit: ut. ff. de verbo. obliga. l. quotiens. ita si litigatores dicant non contradico. laudo. siue alterum tā tum videntur emologare sententiam. ¶ Or segnori ex. §. isto colligetis. si sententia arbitri emologatur expresse approbantibus verbis: siue dicant litigatores: huic sententie non contradico: datur in factum actio: ut. j. l. proxi. Item not. sicut in stipulationibus quedam verba circa eas erant introducta ut fierent verbis directis quod hodie est sublatum: ut instit. de verbo. obliga. §. j. ita & in emologādis sen tentijs arbitrorum tales solemnitates sublate sunt: ut. j. de for. & impe. sub. l. j.

Cum antea. Ista l. sicut & superior est noua. l. iustin. & ponit. v. casus. Primo recitat quandam antiquitatem. Secundo ponit nouum ius. Tertio confirmat. l. superiorem. Quarto ponit quis sit effectus arbitri in principio. quinto quis sit effectus arbitri in medio & in fine. Redeamus ad primum. Olim ita erat. si duo compromittebāt pacto stare arbitri sententie stipulatione pene: si lata sententia emologabant eam. si absolutoria erat sententia dabatur exceptio reo. si condemnatoria non dabatur actio actori. sed hodie istud est correctum: quia siue emologatur tacite siue expresse datur pacti exceptio reo. si sententia est absolutoria & in factum actio actori. si sententia est condemnatoria: & illa sententia in urbe erat mandanda executioni apud prefectum urbis: in prouincijs apud rectores prouinciarum. Tertio dicitur. si pacto nudo compromittitur in arbitrum & non emologatur expresse vel tacite non datur actio vel exceptio preterquam si reperiretur scriptum compromissum in arbitrum cum religione sacramenti: ut in superiori dictum est. Quarto ponit quis sit effectus arbitri in principio & certe hic est effectus. si actor fecit reum vocari per nū cium interrumpitur prescriptio & actio mea perpetuatur ad xxx. anno. sicut coram iudice. Quinto dicit quis sit effect⁹ in medio. ecce si litigauimus coram arbitro. si recipiuntur attestationes & confessiones ita valent coram arbitro ut coram iudice: adeo ut si altera pars velit eis uti coram iudice ordinario q poterit. Tex. cum antea idest olim. Tex. dederat idest delegauerat: quia arbiter delegatus est iudex. unde mandaretur executioni eius sententia sm q dicitur. ff. de re iudica. l. a diuo pio. Text. calculus idest diffinitiua. sententia: quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum: ut. j. de iudi. l. rem non nouam. alibi accipitur calculus pro computatione: ut. s. de errore calculi. Text. auxilium. quia non dabatur in factum actio. Tex. sancimus. Modo incipit secundum dictum. Tex. quos prediximus scilicet qui pacto compromiserunt sine stipulatione. quia si cum stipulatione compromissum est: si cum pena peti potest: alias ad interesse: ut. ff. eo. l. diem. Tex. mandari. ut dixi. s. l. proxi. in fine. Tex. silentio idest taciturnitate. x. dierum. & hoc statim adijcitur. Tex. & fugienti excepť. scilicet pacti facti. Text. & agenti memoratam scilicet in factum. Tex. altera autem parte. Incipit tertium dictum. Tex. cupiente. quia non emologat expresse vel tacite. Text. constitutionem loquitur de. l. proxi. superiori. Text. diffinita sunt. usq huc durat tertium dictum huius. l. Et super isto tertio dicto instatur & opponitur sic. Hic dicitur q si emologatur compromissum expresse vel tacite q datur actio vel exceptio ex sententia arbitri. Sed videtur q non datur actio vel exceptio: sed pene petitio: ut. s. eo. l. j. & ff. e. l. ij. Ad quod quidam dixerunt q non datur actio iudicati vel ex re iudicata: sed pacti exceptio: vel actio in factum. Uel dicatis alijs duobus modis. & uno modo sic. Regulariter ex sententia arbitri datur pene petitio: ut in. l. contra. Fallit in tribus casibus. cum compromittitur cum religione sacramenti: ut. s. l. proxi. Item fallit cum compromittitur & emologatur compromissum tacite vel expresse ut hic. Item fallit si continetur in compromisso pena soluta nihilominus remaneat firmum arbitrium. Uel potest dici secundo modo. aut compromittitur in arbitrum cum stipulatione: quo casu si est adiecta pena petitur pena: alias interesse: ut. ff. e. l. diem. §. ulti. & his casibus petitur pene petitio tantum. non autem datur actio vel exceptio: ut in. l. contra. aut compromittitur pacto nudo: & tunc quia non potest aliter subueniri litigatoribus: potest pacto compromitti: ut. ff. e. l. liti. §. interdum. & hoc casu si emologatur datur actio & exceptio ut hic. ¶ Sed hic quero. quid si duo compromittunt in arbitrum & dicunt. pena soluta rato manente laudo. nunquid dabitur hoc casu actio & exceptio? Dixit dominus Azo. q sic: ut. ff. e. l. ij. & hoc ideo quia videntur duo compromissa. unum cum pena. aliud sine pena. cum dicunt pena soluta rato manente pacto: licet ex compromisso penali non detur actio vel exceptio: tamen ex compromisso non penali datur actio & exceptio. & ad hoc est argumentum. s. de transactio. l. cum proponas. & ff. de transactionibus. l. qui fidem. & hanc opinio. approbat consuetudo. Dominus tamen meus dicebat aliter. ex quo adijcitur in compromisso rato manente laudo: non datur actio vel exceptio: quia hec lex debet intelligi cum compromittitur pacto nudo. Preterea hic tractamus de emologatione que fit post laudum in pacto predicto casu fecit ante litem laudum. unde dicebat dominus meus q poterat pena peti & illa verba non faciebant emologationem: sed operabantur hoc: ut si semel pena esset exacta: adhuc fieret contra laudum: ut posset pena peti. ut. ff. e. l. si unus. §. sciendum. Sed segnori videtur q ante laudum posset fieri emologatio ut sententia iudicis. Dicitur q ante sententiam potest renunciari appellationi & post: ut. j. de tempo. ap. l. ulti. in fin. Item si dicamus duo esse compromissa: non videtur absurdum. Tex. licet nō ignoramus. Modo ponit quartū dictū huius l. & in isto quarto dicto ponit qs sit effect⁹ arbitri in fi. Text.

inchoata. ¶ Or segnori no. ar. p opi. nostra contra opinio-nem illorum qui dicebant non offerri libellum coram arbi-tro: qz hic dicitur si petitio fit in scriptis coram arbitro τ ex-ecutoris missio: perpetuatur actio coram arbitro sicut coram iudice: vt arg. j. de prescriptio. xxx. vel. xl. anno. l. sicut. Sed nos dicimus ꝙ libellus debet offerri in scriptis coram ar-bitro sicut coram iudice: vt hic nec ob. auct. generaliter. s. de episco. τ cleri. in fin. dicitur nisi causa moueatur ex con-sensu vtriusqz partis referri ad satisdationem que prestatur de lite perducenda vsqz ad finem. non autem refertur ad li-belli oblationem. non autem dico ꝙ sola libelli oblatio in-terrumpat prescriptionem: τ sic perpetuatur actio. sed exe-cutoris missio perpetuat actionem. sicut coram iudice nisi in casu quando libellus principi offertur: vt. s. quando li. pn. da. l. j. τ. ij. Tex. τ ad h generaliter. Incipit quintum dictuz in quo ponit quis sit effectus arbitri in medio. Text. in fa-ctum respicientis. quia illa que sunt facta debent in positio nibus poni ad illas positiones debet respon. non debet po ni ius: quia ius certum est: sed factum incertum τc. vt. ff. de tur. τ fac. igno. l. ij. Text. vt in iudicijs. vnde habetis hic ꝙ sicut testes producuntur coram iudice: ita coram arbitro. τ testes producti coram arbitro valent coram iudice eo saluo quod dicitur. j. de testi. l. vlti. τ. j. de liberali causa. l. iubemus. Item nota ꝙ acta coram arbitro τ coram iudice inter eas-dem personas perpetuam vim habent: vt. j. de re iudi. l. vlt. ¶ Item no. in fin. in. l. ista ꝙ triplex est effectus arbitrij vnus est effectus arbitrij in princip. ¶ Item in medio est vnus. ¶ Item in fin. est alius. τ ex predictis apparet iudicia τ ar bitria habere similitudinem τ dissimilitudinem: vt plene di-xi. s. e. l. j.

Sancimus. Hec. l. sicut τ due pre-cedentes est noua. l. iu stinia. τ in. l. ista dicitur ꝙ mulieres etiam si sunt summe opinionis in se non suscipiunt arbitrium etiam inter libertos. quia mulie-res debent castitati intendere τ quia debēt se intromittere de operibus que natura eis indulserit. τ qz non decet eis se immiscere cetibus virorum. τ ideo si susci piunt in se compromissum τ earum sententie non pareatur non datur actio del exceptio vel pene petitio. Tex. abstine-re: vt a publicis officijs: vt. ff. de reg. iur. l. femine. Text. su-sceperit inter extraneos aut inter libertos: vt. j. dicit. Tex. vt ex eorum scilicet libertorum. Text. nulla pena scilicet si non pareatur eius sententie. Tex. conuentores idest dece-ptores: vel conuentores idest actores. Unde not. ꝙ mulie res debent se intromittere de his que natura permisit eis. non autem virilibus officijs debent se intromittere. τ ideo mulier non potest esse iudex: vt. ff. de iudi. l. cum pretor. §. p. Item mulier non potest esse arbiter: vt h. τ est ratio. in mul-tis est deterior conditio feminarum τc. vt. ff. de sta. ho. l. in multis. ¶ Or segnori formauit hic dominus Azo. quādaz questionem quam non determinat. quid de comitissa matil-da? τ quid comitissa campanie? τ illa fuit maior ꝙ fuisset co mitissa matilda: τ ꝙ fuisset inter christianos. τ in talia exer cebat merum imperium quid erit de ea nunquid poterit in ea compromitti? τ fuit alia comitissa campanie in vltramon tanis partibus. sed illa non habebat comitatum a se sed a filio suo. nunquid in comitissam campanie potest compro-mitti? Uidetur ꝙ non quia hec. l. indistincte prohibet in fe minas compromitti etiaz a libertis suis. vnde cum arbitria sunt redacta τc. vt. ff. e. l. j. τ sicut mulier nō potest esse iudex vt. ff. de iudi. l. cum pretor. §. penulti. ita nec arbiter: vt hic. Item esse iudex vel arbiter est virile officium: vt. ff. de regu. iur. l. femine. Econtra videtur ꝙ possit in ea compromitti: quia exercebat merum imperium quod magis erat: multo-fortius possunt esse arbitrisse ꝙ habent notionem tantum quod est minus: quia quod τc. vt. ff. de regu. iur. l. cui quod plus. ¶ Sed segnori in questione ista dicendum est ꝙ de iure non potest esse arbiter vel iudex: vt hic. τ. l. cum pretor nisi a principe impetraret. nam a principe bene potest hoc impetrari. si dicat non ob. tali lege: quia princeps: vt. ff. de le. τ se. con. l. princeps. tamen iure canonuz satis est decisuz de quibusdam qui compromiserunt in reginam francie. τ dominus papa facit mentionem de lege ista τ ponit textum huius. l. de verbo ad verbum. τ dicit ꝙ potest esse arbiter; vt extra. e. titu. c. dilectissimus.

¶ De satisdando.

¶ Exquo vidimus de arbitris videndum esset de iudi-cijs. sed quia coram arbitris τ in iudicijs satisdatur: dicit rubrica de satisdando. Et not. licet rubrica ista loquatur indefinite de satisdando: restringitur in particulari de sa-tisdando rem ratam habiturum τ iudicatum solui τ de do-mino defendendo: de quibus omnibus agitur in. l. vnica huius titu. vt patet in littera.

Non est. In. l. ista. iiij. dicuntur prin cipaliter. ¶ Primo dicit: si procurator actoris constitutus est apud acta: cum sit procurator presentis non satis dat de rato. ¶ Secundo dicitur: si domi-nus constituit procuratorem apud acta: τ postea mutauit ignorante aduersario τ iudice: τ factum est cum eo quasi cum procura. ratum habetur. ¶ Tertio dici-tur: si aliquis est constitutus procurator apud acta τ recon uenitur: debet satisdare de domino defendendo in recon-uentione: als repelleretur ab agendo. ¶ Quarto τ vltimo dicitur ꝙ procurator rei semper debet satisdare iudicatum solui in ipso litis exordio: etiam si factus sit apud acta: als legittimus defensor non est. Tex. qui apud acta. i. coram iu dice. Tex. satisdare. que cautio interponitur cum dubita-tur de mandato: vt. s. de procura. l. j. τ ibi dixi. sed vbi con-stituitur procurator apud acta habet mandatum: vt. ff. de p cura. l. si procura. Tex. itaqz. Incipit scdm dictum. Tex. de-bebit. sub si est mutatus absente aduersario: τ ignorante iu-dice. Et est ratio quia non debet suum consilium mutare in alterius iniuriam: vt. ff. de regu. iu. l. nemo debet. secus tn̄ est si vtroqz sciente mutatus est procurator: qz tunc non ha bebitur ratum: vt. ff. de solu. l. vero procura. §. sed τ siquis. Si autem mutaretur procurator ignorante aduersario sciē te iudice non valet sententia: quia iudex fert sententiam in minus legittimam personam scienter: vt. ff. de procurato. l. si procurator. τ presumitur semper ignorantia ex parte ad-uersarij nisi contra. probetur: vt. ff. de probatio. l. verius. τ hoc habet locum ante litem contestatam. post litem cōtesta. bene potest mutari procurator sciente aduersario τ ignorā-te iudice certis ex causis: vt. ff. de procura. l. ante litem con-testa. τ. l. scilicet. τ. l. que omnia. in prin. Tex. sinautem. In-cipit tertium dictum. Tex. exordio. quia tunc dz opponi: vt ff. de procurato. l. pompo. §. rati. als tamen exordium dicit post litem contesta. vt in auc. de litigi. §. omnem. Tex. non conceditur. pena enim pcurato. non defendētis hec est τc. vt. ff. de procurato. l. minus. §. pena. τ. s. de procura. l. inui-tus. Tex. rei. autem. Incipit quartum dictum. Tex. pro-cura. cum mandato: vel defensor sine mandato. Tex. presta re cogitur. vt institu. de satis. §. vltimo. τ. j. de consor. e. litis. l. ij. que satisdatio continet in se tres clausulas: vt. ff. iudi. solui. l. iudicatuz solui. ¶ Sed segnori consueuit queri sup lege ista que est ratio diuersitatis quare procurator actoris constitutus apud acta non satisdat de rato: sed procurator rei semper satisdat iudicatum solui? Respondeo ꝙ potest assignari duplex ratio. Prima est illa: quia reus satis est cō tentus per exceptionē doli: quia semel approbatū amplius reprobare non licet: vt. ff. de eo per quem factum erat. l. j. §. si reus. τ. ff. de nego. ge. l. pomponius. sed actori non est cō-sultum ꝙ procurator rei habeat mandatum nisi satisdet. qz licet sententia sit executioni mandanda in bonis domini nō procurato. vt. ff. de procurato. l. plautius. tamen non tenere-tur dominus si procurator eius dolum committeret. Uel potest dici ideo non satisdat procura. actoris de rato quia non posset committi stipulatio: vnde non est interponenda: vt argu. ff. de procurato. l. non cogendum. quia si reus vin-cit τ dominus non vult habere ratum: cogitur habere ratum: quia non potest reprobare quod semel approbauit: vt. s.

vt.s.dixi. Si autem reus non vincit sed succumbit et dominus non vult habere ratum: reus debet gaudere et debet cantare hymnũ domini. Gloria in excelsis deo. vnde nõ cõmittitur stipulatio ad interesse: vt.ff.rem ra.babe.l.si comissa.sed satisdatio rei bene debet semper interponi: quia forte dominus non erat soluendo: quia interest habere fideiussores etc.vt.ff.de lib.le.l.iij. Item forte iste procura.dolũ committeret: vnde teneretur: vt.ff.iudi.solui. ¶ Sz denuo quero. et aduertatis hanc questionem.quia de facto quottidie contingit.potest ne procura.rei ab hac satisdatione iudicatum solui a domino subleuari.vel procur. actoris de domino defendẽdo a satisdatione in reconuentione quã tenetur prestare: vt.s.l.seruum.§. pretor ait.et.l. non solida qu alieno nomine. Respon.sic.dominus reus veniat in iudicio: et apud acta pro suo procura.promittat iudicatum solui in omnibus suis clausulis: et pro eo fideiubeat sub hypotheca rerum suarum: et q̃ tempore ferende sententie veniet in iudicio.et si non veniet omnia dabit in quibus procura. suus fuerit condemnatus nisi fuerit prouocatum.et idez est si similem promissionem faciat dominus pro suo procura.tabellioni recipienti nomine actoris: vt probatur insti. de satisda.§.si vero quis conuenitur.et ad hoc est ar.j.iudi.solui. l.si ad defendendum. ¶ Sed denuo quero h. satisdat.procura.actoris vel rei coram arbitro? Uidetur q̃ non: vt.ff.de arbi.l.non distinguemus.in fin. Econtra videtur q̃ sic cum arbitria sunt redacta etc.vt.j.de iudi.l.rez nõ nouã. Sed in questione ista distinguo.aut procura.compromittit cum pena et litigat nomine domini: quo casu nõ habet satisdare: vt in preal.l.non distinguemus in fi.aut dominus compromittit et procur. litigat: quo casu debet satisdare.

¶ De formulis et impetra. sublatis.

¶ Quia in arbitrijs et in iudicijs formule idest actiões habent proponi: et actiones olim habebant a pontificibus impetrari: et quia impetrationes actionum sublate sunt: ideo dicit rubrica de formulis et impe.idest de actio.sublatis. Et exponetis rubricam de for.idest actionibus et impetrationibus.sub.sublatis.quarum forma erat talis: vt si quis caderet a syllaba caderet a tota causa.et bene expono.d for.idest de actionibus: quia ita describebatur actio olim: vt .ff. de fur.l.si seruus nauem.sed hodie describitur aliter actio: vt institu. de actio.in princip.et bene dicit rubrica de impera. actionum.quia olim non poterat quilibet proponere actionem pro motu animi sui: sed ibat ad principez: vt.ff.de regu.iu.l.ij.§.deinde.sed hodie hec solemnitas est sublata vt hic dicitur.

Juris formule. Lex ista respicit primã partem rubrice et dicit hoc. Olim ita erat actio et formule proponende erant cum antiqua solemnitate que erat talis.vt si qs caderet a syllaba caderet a tota causa.sed hodie sublate sũt iure formule idest formata verba. Tex. aucupatione. aucupatio proprie est insidiatio: quia qui volũt capere aues insidiantur auibus.sic reus actori insidiebatur: vt si actor caderet a syllaba caderet a tota causa. Text. ãpu tentur. Unde no.in actionibus proponendis antiqua solemnitas verborum est sublata vt in interdictis proponendis: vt.j.de interdic.l.certi.sic in bonorum posses. petenda solemnitas verborum est sublata: vt.j.qui admit.ad bonoꝝ posses.pos.l.quicunq3.

Alli. Lex ista respicit vltimam partẽ rubrice.et in.l.ista colligitur quedam exceptio que olim habebat locũ.olim quandocunq3 actor proponebat actio. contra reum: dicebat reus: non debet actor audiri: quia non impetrauit a principe. vnde si nõ ostendebat impetrasse a principe repellebatur.sed hodie ista solemnitas est sublata hac.l. Text. constiterit. sed si aliquis proponeret ineptam actionem non audiretur: vt.ff. si men.fal.modo dixe.l.j.

¶ De iureiuran. propter calum. dando.

¶ Segnori rubrica ista dupliciter posita inuenitur.et communes rubrice ita inueniuntur de iureiuran. propter calũniam dando. Quidam tamen habent de iureiuran. calumnie.et hec rubrica potest dupliciter continuari: quia in arbitrijs et iudicijs iuratur de calumnia: vt.j.e.l.ij.ideo dicit rubrica de iureiuran. Uel potest secundo modo continuari de preparatorijs iudiciorum scilicet de vocatione in ius: et de satisdando: et de impetratione actionum dictum est.verũ quia post predicta lite contesta. iuratur de calumnia: ideo ponitur hec rubrica. Et potest exponi rubrica de iureiuran. calumnie dando scilicet iurando: sicut alibi dicimus.quilibet habeat suam propter fornicationem scilicet vitandam non exercendam. Et no.licet multa sacramenta sint: tamẽ triplex vel quadruplex est sacramentum de quo rubrice nostre faciunt mentionem. Est vnum sacramentum credulitatis.et istud est sacramentum calumnie quod prestatur: quia iurat actor q̃ bona fide agit.et reus iurat q̃ bona fide venit ad contradicendum: vt.j.e.l.ij.in princi.et.s.e.l.j. Est aliud sacramentum veritatis cum iuratur ita esse vel non esse. et istud aliud est voluntarium.est aliud iudiciale: et istud est necessariuz.et est introductum ad lites decidendas: vt.j.de rebus credito.et iureiuran.in rubrica.et.l. bonefidei.et.ff.de iureiuran.l.j. Est tertium sacramentum quod est de affectione vt est sacramentum in litem.et de isto habetis rubricam .ff. de in litem iuran.l.in actionibus.et.j.de in litem iurã.l.alio. Est quartum sacramentum cum quis suscipit administrationem reipu.vt in aucten.iusiuran.quod prestatur ab his in rubrica.et de his sacramentis agitur principaliter in.ll. nostris inueniuntur et multa alia sacramenta de quibus incidenter fit mentio in rubricis nostris in libro nostro: vt est sacramentum testis: vt.j.de testi.l.iureiuran. Item vt est sacramentuz purgationis: vt.s.de his qui ad ecclesi.confug. l.presenti.et.j.de fide instrumen.l.vltima.et.j.de iure dotiuz impe.l.vlti. Item sicut est sacramentũ qđ prestatur ab actore: vt.s.de episco.au.l.de creationibus.

In omnibus causis. Segnori totus iste titulus qui ꝯtinet duas.ll.et tres aucten.est nouus titu.iustinia.et lz in antiquis.ll.in pluribus locis fieret mentio de sacramento calumnie vt in littera dicemus tamen istis duabus.ll.et in aucten.hic positis multa corriguntur et adduntur. Et in.l.ista dicuntur duo. Primo dicitur: si ego produco cõtra te aliquas litteras priuatas vel aliquod instrumentum pub.et tu dicis illas litteras falsas vel instrumentum falsum.et ita requiris q̃ probem veras esse litteras vel illud instrumentum veruz esse: siue hoc fiat post litem contesta.siue ante: indubitanter tu habes necesse iurare de calumnia: scilicet q̃ non animo calumniandi exigis hanc probationem.et iurabis de calumnia: quia sepe timore sacramenti contentiosa instantia litigantium compescitur. Secundo dicitur: si seruos peto subijci questionibus quo casu subijciuntur indubitanter debeo iurare q̃ non odio seruorum nec propter offensas coheredum peto subijci seruos questionibus.sed quia aliter veritas sciri nõ potest quo casu serui subijciuntur questionibus in his casibus quibus.ll.admittunt. Tex.causis idest questionibus siue pecuniarijs siue criminalibus vt dicam.j.l.proxi.siue ordinarijs siue extraordinarijs. Tex.siue propter litteras scilicet priuatas. Tex.siue propter instrumẽtum scilicet pu.et potest dici q̃ fuit tractatum ante litem contesta. vel post: qz litteras falsas dicebat. Tex.incumbit.nam si produco contra te instrumentum: et tu reuocas in dubium: illi scripture debeo fidem imponere: vt.j.de fide instrumento.l. iudices. Text.de calumnia vitanda. Text.ne autem. Incipit secũdum dictum: et potest continuari sic.dictum est cum aduersarius exigit vt probem litteras veras esse quas contra eũ produco q̃ nõ cogor probare nisi iuret q̃ facit animo calumniandi. vnde sicut timore sacramenti compescitur.instantia.contentiosa litigantium: ita timore sacramenti con

pescitur si aliquis petit subijci seruos questionibus. Tex. in questione seruorum. i. est proprie examinatio habita a seruis: cum tormentis: vt. ff. ad sille. l. j. §. questionem. Text. ad hoc venire. s. quod serui subijciantur questionibus. ¶ Or segnori super. l. ista not. plura nota. Et primo not. quod sacramentum calumnie est introductum: vt eius timore contentiosa instantia litigantium compescatur. Unde tria sunt introducta ad calumniam compescendam. Primo sacramentum calumnie. vt hic. Item metus infamie: vt. ff. de his qui not. infa. l. j. Item quia ad sumptus litis damnatur qui iniuste vocat aliquem ad iudicium: vt. j. de iudi. l. properandum. §. siue autem alterutra. et. ff. de iudi. l. eum quem temere. Item no. hic quod serui subijciuntur questionibus interdum licet regulariter non petatur seruus torqueri pro domino vel contra dominum: tamen in. l. iulia. ma. torquetur: vt. j. de questionibus. l. j. Item serui hereditarij subijciuntur questionibus si dicant legatarij quod heres aliqua occultauit de hereditate: vt. j. de iure deli. l. scimus. §. licentia. et. j. de questionibus. l. vlti. Item not. quod qui petit seruos subijci questionibus iurat quod non petit seruos torqueri odio seruorum vel coherendum: sed quia aliter veritatem scire vel ostendere non potest vnde colligitur hic quod serui subijciuntur questionibus ad eruendam veritatem quia boni iudicis est inquirere omnibus modis veritatem quibus potest: vt. ff. rerum amo. l. marcellus. et. j. de rebus cre. et iureiuran. l. j. et. s. de here. et ma. l. qui in fine. Item ex. l. ista colligetis arg. ad vnum ad quod tota die allegamus. l. istam tota die dicimus quod super exceptionibus declinatorijs que opponuntur ante litem contesta. vt. j. de excep. l. penul. et vlti. iuratur de calumnia. que potest ad hoc adaptari hoc modo. ego ante litem conte. producebam contra te aliquas litteras per quas volo me ostendere clericum tu negabas eas esse veras: et sic a me exigebas probationes quod probarem eas esse veras. iurabis ne quod non facis animo calumniandi? Certe sic. quia super talibus est iurandum de calumnia: vt. j. de lib. causa. l. liberis. in fi. et. j. de dila. l. a procedente. bene potest etiam. l. ista intelligi post litem conte. vt dicamus. si petebam. c. a te. litem fui contestatus et produco litteras priuatas ad probationem: et tu negas eas esse veras: debes iurare de calumnia: vt hic. Unde ex premissis colligetis hic duo. Quod super declinatorijs exceptionibus emergentibus questionibus iuratur de calumnia ante litem contes. secundum vnam lec. Item iuratur de calumnia post litem contes. secundum aliam lecturam: vt. s. dixi. Item ex premissis colligitur quod vbi causa agitur ex ordine libello oblato iuratur de calumnia demum lite contes. vt. j. l. proxi. sed vbi agitur extra ordinem iuratur de calumnia ante litem conte. vt hic. et dicam. j. l. proxi. et ad hoc est argumen. ff. qui satis. co. l. de die §. iurare als iubet. et plura non dico in. l. ista: quia dicam in l. sequenti. que hic scripta sunt ibi melius adaptantur. ¶ Or segnori habetis hic vnam aucten. que incipit. hodie hoc sacramentum.

Hodie sacramentum. A.

Hec auc. continuatur ad. l. C. hoc modo. Lex. C. iubebat quod super quolibet capitulo quod reuocabitur in dubium iuraretur de calumnia. sed istud hodie correctum est per auc. istam. et dicitur in auc. ista quod hodie iuratur de calumnia super negocio principali. et hoc sacramento continetur quod super toto negocio aliquid calum. non fiet. Tex. in inicio idest in ipsa lit. conte. Unde no. olim iurabatur de calumnia super quolibet capitulo quotiens exigebantur alique probationes etiam in media causa: vt in. l. C. habuistis. et. ff. de iure iuran. l. iusiurandum. §. iusiurandum. hodie tamen semel iuratur in ipsa contestatione litis: vt hic. et hec auc. est in cor. aucten. de his qui ingre. ad appella. colla. v. in fin. et ad hoc etiam concor. aucten. quam legam. j. l. proxi.

Rem et iudices. Lex ista sicut et superior est noua. l. iustini. et ista lex diuiditur in octo dicta. quamlibet partem legemus per se. Et prima pars durat vsque ad. §. quod obseruari. Secunda vsque ibi: sinautem affuerit. Tertia vsque ibi: sed quia veremur. Quarta durat vsque ibi: hoc etiam. Quinta vsque ibi. quod si actor noluerit. Sexta vsque ibi: si enim et ipse principalis. Septima vsque ibi: antiqua itaque. Octaua vsque in fin. Unde in. l. ista in princi. iustini. dicit hoc. quia dicit iustini. in quadam. l. nostra continetur ita quod iudices quando examinant negocia domini debent habere librum euangeliorum coram se. Item in eadem. l. continetur quod aduocati iurant iniquam non fouere litem: et si viderint ex postfacto iniquam cum sibi videbatur bona ab inicio: quod deserent illam litem. vnde si isti ita iurant: quantomagis equum est vt actor et reus iurent de calumnia. et ideo dicit iustinia. si duo litigant ad inuicem: lite conte. debet primo iurare actor quod non animo calum. agit. et reus debet iurare quod non animo calumniandi resistit. prestito autem sacramento ab actore et reo statim aduocati iurent non fouere iniquam. litem. et debet iurare actor de calumnia in iudicio coram iudice nisi dignitas vel sexus persone aliud suadeat: tunc enim sacramentum mittitur ei domi vt iuret presente aduersa parte vel suo procura. hoc dicit prima pars huius. l. Uidete expositionem littere. Tex. cum iudices. sub. siue arbitri. nam et coram arbitris prestatur iuramentum calumnie: vt. j. de iudi. l. rem non nouam. et. j. e. l. Tex. concessimus. dicit iustini. Tex. propositis. sed non tactis: vt. j. de iudi. l. rem non nouam. in principio. nam de illa hic facit. mentionem dum dicit concessimus sic et als proponuntur: sed non tanguntur. s. de episcop. et cleri. aucten. sed iudex. Tex. litibus scilicet pecuniarijs vel causis criminalibus: vt. j. dicam. Text. neque fugientem scilicet reum. Text. in primordio litis idest in initio litis: vt in auc. de litig. §. omnem. Tex. narrationem. et sic post litem contes. vt. j. de litis contesta. l. j. et. j. de iudi. l. rem non nouam. Tex. iusiurandum scilicet calum. Text. actor quidem iubet scilicet primo. Tex. habere. et ita sacramentum calumnie est de credulitate. Tex. ante iudicem. cum examinat. et diffinit. Text. vel dignitas. quia est episcopus vel senex. Text. vel sexus. quia magna domina est. et non decet mulieres se immiscere cetibus virorum: vt. s. de procura. l. maritus. Tex. procedere. et ad hoc facit. ff. de iureiuran. l. ad personas. Tex. presente. sub si velit. ¶ Or segnori no. in principio huius. l. quod iustinia. fecit istas duas. ll. huius titu. propter tollendas calumnias iudiciorum. et dicit quod iudex cum incipit examinare negocia debet habere euangelia coram se: vt timore euangeliorum iuste examinet: vt in principio huius. l. et. j. de iudi. l. rem non nouam. et actor primo et reus postea iurant de calumnia. et istud sacramentum interponitur lite contesta. vt hic et ipsi aduocati iurant quod non fouebunt iniquam litem. et si ex postfacto iurauerint iniquam litem esse quod deserent eam vt hic. et. j. de iudi. l. rem non nouam. ¶ Or segnori: circa. l. istam est multum insistendum. et scio quod dominus Joan. siue Nicola. fu. post eum commentauit. l. istam. et in libro isto. insuper etiam commentauit eam eisdem verbis in casibus domini Guilier. de cabriano qui casus nuncupantur: sed casus non ponuntur nisi in quibusdam. ll. et Nicola. furiosus sic incepit commentare. Inter cetera que Joan. facundus. nec minus facundi sui auctoris in medium contulit. hac. l. questiones formauit: et scripsit multas questiones: et tamen multe ex eis non sunt questiones: et fecit omnes super. prin. huius. l. tamen nos non adaptabimus omnes super principi. huius. l. quia cetere partes huius. l. remanerent nimis nude. sed nos aliquas adaptabimus ad princi. huius. l. et aliquas ad singulas partes huius. l. et est verum quod dominus Joan. circa formandas questiones seruauit ordinem naturalem: et elegantem: quem ordinem seruare possemus si vellemus dicere circa primam partem huius. l. et non circa alias partes. et seruauit Joan. istum ordinem. Primo videndum est circa personas: que persone iurent de calumnia: et circa hoc formauit bene. xx. questiones. Et primo sic. videndum est quis primo iuret: vtrum actor vel reus: vel vtrum tutor. vel curator: vel pupillus: vel adultus: vel si sunt plures tutores vtrum omnes iurent vel vnus. Item si tutor vel curator iuret: an minor iuret de veritate dicenda. Item vtrum sindici vel administratores ciuitatis vel epi vel abbates iurent de calumnia.

Et siquidem. Incipit secūda pars huius.l. que durat vsqz ad .§. sinautem reus. Et in ista secūda parte dicitur.dictum est supra in prima parte huius.l.q vtroqz presente lis debet finiri.j.triennium. ¶ Sed quid si actor lite contesta. se subtrahit ⁊ non venit ad causam ⁊ reus lite contesta. instat ⁊ venit ad cām.⁊ dicit volo absolui ex quo sumus litem contesta. ⁊ actor non prosequitur causam: sed subtraxit se: ita q de triennio non superant nisi sex mēses. quid debet facere iudex? Respondet imperator.iudex ad instantiam rei debet citare actorem tribus edictis per interualla.x.dieruz.⁊ si veniat: bene quidem: quia proceditur in causa. si non veniat nec per se nec per procuratorem ad hoc constitutum. iudex debet percūctari acta cause.⁊ si de causa non liqueat: non solum debet absoluere reum ab obseruatione iudicij: sed debet actorem fugientem condemnare in expensis factis a reo circa litem prestito sacramento ab ipso reo super expensis ⁊ a iudice taxatis.si autem ex gestis corā se liqueat ei de causa citatus actor non veniat. tunc si inuenit actorem absentem habentē meliorem causam q̄ reum presentē: debet pro eo ferre sententiam ⁊ reum presentem absenti actori condemnare. sz h̄ casu punietur propter suam contumaciam: quia iudex debet detrahere de cōdēnatione expensas quas fecerit reus: vt suo sacramento manifestauerit. Item si actori hec sententia displicuerit nullo modo eandem litem poterit suscitare per appellationem: ⁊ in hoc punietur. Si autem iudex inuenerit reum meliorem causam habere. tunc pro reo ferat sententiam. ⁊ actor reuersus si velit appellare nullo modo erit audiendus propter suam contumaciaz. h̄ dicit ista secūda pars huius.l. ¶ Videatis summariam expositionē lr̄e. Tex.quatenus.prout. Tex.actitatum est idest non liquet de causa. Tex.relaxare.sub.non a principali petitione: q non liquebat de causa. Tex.⁊ omni cautela.sub.cautionis iudicio sisti. Tex.reddenda.idest remittenda. Tex.inuenta idest quia non fuit inuenta.alij dicunt q fuit inuenta. sed venire noluit. Tex.excipiendis.verbigrā.pone q actor petebat.c. ⁊ in lite expenderat reus tria. fiat ita condemnatio quod.c. estimētur ista tria. Vel potest poni sic exemplum ponamus q actor petebat.c.⁊ in lite expenderat.v. ⁊ reus tria.si inueniatur actor absens bonam causam habere iudex debebit de expensis actoris detrahere tria: ⁊ ita condēnabitur reus in.c. ⁊ in duobus. Tex.omnino cadat a lite. quia nō poterit appellare. Tex.imposita.sub.per.l.presentē. ¶ Or segnori circa istum.§.est insistendum. ⁊ in.§. isto in sui princi.dicit̄. Si actor lite contesta.se subtrahat.⁊ non venit ad causam ⁊ reus instat q iudex finiat negocium.si lis erat prope triennium: ita q non superat nisi semestre tempus: iudex debet percunctari acta cause: ⁊ citare actorem tribus edictis per interualla.x.dierum.⁊ si inuenerit non liquere de causa: absoluet reum ab omni obseruatione iudicij. ⁊ condemnabit eum in expensis per reum factis: ⁊ a iudice taxatis.

¶ Sed videtur q vocetur per interualla .xxx. dierum ad minus.vnde videtur contrarium: vt.j. quomodo ⁊ quando iudex. aucten. qui semel actionem proponit? Solutio siue actor siue reus ⁊c̄. solue vt ibi dixi. ⁊ hic repete? Sed nunquid illud tempus .xxx. dierum iudex poterit abbreuiare? Dic hic: vt ibi dixi. ¶ Sed denuo instatur. h̄ dicitur q iudex debet percunctari acta infra se si actis non liqueat de causa: non debet absoluere reum a petitione principali: sed ab obseruatione iudicij. ¶ Sed videtur q de causa liqueat: quia aut actor probauit. ⁊ tunc debet reus condēnari: vt .j. de exceptioni.l. siquidem.⁊ .ff. de rei vendica.l. officium.in prin.aut non liquet de causa.⁊ tunc reus debet absolui; quia actore non probante reus absoluitur: vt.s̄.de edendo

edendo.l.qui accusare.aut actor semiplene probauit: et tunc locus erit iureiurando.vt.j.de rebus credi.et iureiuran.l.in bonefidei. ¶ Quid est ergo q hic dicitur? Respondeo pre dicta locum habent vtroq presente sed actorem absente nō habet istud locum vel reo absente: vt.j.l.proxima. vnde ab soluitur tantum ab obseruatione iudicij. ¶ Sed denuo ad istum.§.instatur. Hic dicitur si actor si est absens: et de causa liquet: q ipse citatur. si non venit: et inuenitur meliorem causam habere q reus habeat: pro eo fertur sententia: sed de condemnatione deducuntur expense reo: prestito sacramen to ab ipso reo super ipsis expensis. et a iudice taxatis. Sed videtur q non debeat ferri sententia nisi perueniat edictum peremptorium in noticiam citati: et si feratur: non valet sen tentia: vt.ff. que sententie sine appel.re.l.j.§. item si cum ex edicto. Ad quod vos ita dicetis: q actoris persona nō fuit inuēta: sed fuit solemniter citata domi: q sufficit: vt.j. de an na.excep.l.vt perfectius.et.ff.de dam.infecto.l.iiij.§. abesse. et ideo valet sententia: et sic intelligitur h: sed in.l. cōtra.nul lo modo fuit propositum edictum peremptorium.vnde non valet sententia.et pro h facit.ff. de re iudica.l. de vnoquoq. ¶ Sed denuo instatur ad.§.istum.§. iste innuit q demum li te conte. contra actorem absentem possit ferri sententia dif finitiua: si de causa liquet.sed.l.videtur velle: q si actor sub trabit se etiam lite non conte. debet ferri sententia diffiniti ua: vt.j.quomodo et quando iudex auc. qui semel. Ad quod vos dicetis vt ibi plene dixi. ¶ Sed denuo lex videtur cō tradicere: que videtur velle q absente actore non absolua tur reus ab obseruatione iudicij: nec actor cōdemnetur reo in expensis: imo videtur velle q acta debeant circunduci: vt.ff.eo.l. et post edictum. Ad solutionem cuius contrarij vos notabitis q triplex est ius. Jus vetus.ff. ius nouum.C. ius nouissimum aucten. Jure veteri.ff. si actor lite contesta. subtrabat se: non contrahebatur hermodicium sed debebāt circunduci acta cause. et eo reuerso actionem suam poterat proponere: vt in prealle.l.et.ff.eo.l. post edictum. Fallit in causa liberali: vt.ff. de liberali causa.l.diui fratres.§. si cum et.j.de liberali causa.l.lite. Jure.C. per hanc.l. si actor sub trabat se ante litem contesta. non contrahebatur hermodi cium.sed si post litem contesta. actor se subtrahit: contrahi tur hermodicium.et si liquet de causa: potest proferri senten tia diffinitiua pro actore. sed in penam sue contumacie: ex pense facte ab eo deducuntur: vt hic dicitur. Jure nouissi mo auctenticorum h plus est: quia contrahitur hermodiciū si actor se subtrahit lite non contesta. vnde si actor hodie se subtrahit lite non contesta.vel post litem contesta.citatur tri bus edictis per interualla.xxx.dierum ad instantiam rei.et si veniat: planum est q proceditur in causa: et lis contestabitur si non veniat: recipiuntur probationes rei: et expectabitur per annum.si infra annum non veniat: iudex fert sententiam pro reo presente contra actorem: et sic causa durabit per an num et tres menses: licet si infra annū veniat: et adhuc se sub trahat: iterum citabitur per interualla.xxx. dierum et expe ctabitur per annum. et in fine anni iudex feret sententiam: et sic causa durabit per.xxx.menses: vt.j. quomodo et quando aucten.qui semel. ¶ Unde no.q hodie multa sunt innoua ta: et specialia introducta.innouata: quia vt hic.et.ff.eo.l.ad peremptoriam. Item olim iure veteri non contrahabatur her modicium: sed debebant circunduci acta: vt.ff.eodem.l. et post edictum.iure.C.sic lite contesta.vt hic.iure aucten. ho die contrahitur hermodicium etiam lite non contesta. vt in prealle.auc.qui semel. Item per hanc.l.instantia litis durat per triennium a lite contesta.sm aucten.qui semel per annū et tres menses: vel per duos annos et sex menses: vt.s. dixi. Item no.aliud speciale per illam aucten.quia fertur ibi dif finitiua sententia lite non contesta.sed regulariter contra: vt j.de appel.l.pe.§.illud. Item aliud no. q lite non contesta. recipiuntur ibi testes: vt in auc. de testi.l.pe.nam primo de bet offerri libellus: vt.j.de li.contesta.l.j.vnde si feretur sen tentia: esset lata contra solitum ordinem iudiciorum. vnde non valet: vt.j.de sen.et inter.om.iu.l.prolatam.sed spāle est ibi: et in casibus quos ibi no. ¶ Modo segnori circa hūc.§.subij ciam duas questiones que satis sunt vtiles. Hic di si actor subtrahit se post li.contesta. citatur per interualla.x.dierum si non veniat per se vel per procuratorem: iudex percuncta tur acta.si non liquet de causa: absoluit reum ab obseruatio ne iudicij et remittitur ei satisdatio pstita ab eo iudicio sisti. ¶ Sed quero.si finitur causa: quid erit de actis: durant ne acta? Dixerunt quidam de plano argumē. huius.§.q omnia acta pererunt.vnde perit ne dum libelli oblatio cum suo effe ctu immo positiones et attestationes. sed verius est vt dica tis q petit in hoc q pereat libellus. Item quia nouiter da tur ei libellus: fit litis contesta. sed effectus prime contesta tionis non perijt quia durat ad.xxx. annos quia est perpe tuata: vt.j.de prescrip.xxx. vel.xl.an.l.sepe. Item quia durat vicium litigij: vt.j. de litig.l.j. di.i. licet ibi quidam contra dixerunt. Item durant alia etc.vt.j. de prescript.xxx. vel.xl. an.l. si quis. Item positiones: et attestationes durant: quia acta sunt perpetua. non autem dico de actis que faciunt ad litem ordinandam: quia illa pereunt: non alia vt supra.de ar bi.l.cum antea.et.s.de edendo.l.ij.in fi. ¶ Sed denuo que ro h.l.loquitur quando actor fuit litem contesta. et reus expe ctauit circa finem triennij: ita q non superant nisi sex men ses. et petij ferri sententiam: hic inspiciuntur acta. et si non liquet de causa: iudex absoluit ab obseruatione iudicij. sed nunquid reus poterit h dicere anteq sit prope finem trien nij? Et certe in hac questione triplex est opinio. Et dixit do minus Placen. q nunq reus poterit hoc petere nisi pro pe finem triennij.et hic dicit ar.huius.§.vbi dixit: huiusmo di aucten.sententia etc. Item alia ratione h dicit: quia nemo inuitus agere vel accusare cogitur.vt infra vt nemo inuitus agere vel accusa.cogi.in rubro et in nigro. ¶ Secunda fuit opinio.domini Bulga. dicentis. iudex habet necesse pro pe finem triennij ferre sententiam: vt dicitur in.§. isto ibi: vbi dicit huiusmodi autem sententia: etc. Sed si dudum an te instet reus: potest seruare formam legis vt dixi. ¶ Tertia opinio fuit domini Joan. et eius opinio est vera dicentis. aut abest reus: aut actor post litem conte. si reus: fertur sen tentia: et prope finem triennij: et ante: vt in.§.sequenti.finau tem reus: quia olim et hodie: reo absente contrahebatur her modicium.lite.conte.vt.ff.e.l.ad perēptorium. Si autē abest actor post litem contesta. fertur sententia prope finem trien nij: quia olim non contrahebatur hermodicium actore absen te.lite non contesta.nisi in causa liberali: vt.s.dixi.sed hodie etiam lite non contesta.contrahitur hermodicium: vt.j.quo modo et quando iudex.auc.qui semel.

Si autem reus. Segnori.s.habuistis q liter iudex debet expli care officium suum: si actor est absens lite contesta. et reus instat vt feratur sententia diffinitiua. Modo incipit tertia pars huius legis: in qua ponitur quid iuris sit si lite conte. reus se subtrahat et actor instat vt iudex ferat sententiam dif finitiuam. Et certe hic dicitur: si lite contesta. reus se subtra bit debet citari tribus edictis per interualla.x.dierum. et si veniat planum est q proceditur in causa. Si autem non ve niat: et liquet iudici ex actis de causa contra reum: debet iu dex ferre sententiam diffinitiuam contra ipsum reum: quam sententiam iudex debet mandare executioni per res et facul tates rei: donec ipsi actori satisfiat per se: vel si est talis qui non potest hoc facere per se: debet referre ad maiorem iudi cem ex vigore illius sententie: actor mittetur in possessionem rerum rei absentis: nec illi concedetur facultas: q ipse pos sit contradicere quominus ipse mittatur in possessionem: et si fuerit reuersus et voluerit dare fideiussores et velit recupe rare possessionem rerum suarum.nō audietur. Tex.affuerit. sub.post li.contesta. Tex. et similis eius processerit requisi tio.sub. cum illa de qua dictum est in actore in superiori.§. nam olim debebat citari per interualla.xxx. dierum: vt.ff.e. l.ad peremptorium: sed hodie per interualla.x.dierum: vt.s.§. proxi. Tex.hermodicium ꝯhibitur.i.desertum iudicium.nam quando vnus ex litigatoribus se subtrahit: deserit iudicium et sic innuit.l.ff.de minoribus.l.et si sine.in fi.vnde dicitur he remita ille qui deserit aliorum hominum conuersationem. Tex.causam requirat. quia recipiat probationes ipsius acto ris. Tex.qua.s.sententia. Tex.satisfiat.sub.sm ordinē: vt.ff.

de re iudica.l.a diuo pio. Tex. hoc facere potest. quia est iudex ordinarius. Tex. referatur. q2 est iudex delegatus. vnde non habet exequi sententiam: nisi esset a principe delegatus: vt.ff. de iur. om. iudi.l. iubere. vel q2 non sunt res in sua iurisditione: vt.ff. de re iudi.l.a diuo pio. in principio. ⁊.ff.e.l. argentarium. in fi. ¶ Or segnori habetis in tertia parte huius.l. vt dixi in casu. Sed videtur ꝙ reus de proprietate audiatur perpetuo: vt.j. vbi in rem actio.l.ij. in fi. Item videtur ꝙ de possessione audiatur.j. annum. vt.j. de prescrip.xxx.l. si quis emptionis. in fi. Ad solutionem quorum contrariorum potest ita breuiter dici. Si reus abest lite non contesta. ⁊ agitur in rem: intra annum auditur: de possessione: postea non sed de proprietate. ⁊ sic intelligitur.j. de prescri.xxx. vel.xl. annorum.l. si quis. in fi. Si autem reus abest lite. q. contesta. puta dum res a possidente petebatur: ⁊ ille nominauit dominuz in iudicio: ⁊ dominus venire non vult: ⁊ ille non defendit dominum: reus reuersus non auditur de possessione: sed de proprietate. ⁊ sic intelligitur.j. vbi in rem act.l.ij. Si autem abest lite vere contesta. tunc nec de possessione nec de proprietate auditur. Ad solutionem huius contrarij: ⁊ ad hoc vt plene liqueat articulus iste ita consueui distinguere. Cuz aliquis litigator abest. aut est actor: vel reus. si actor: aut ante litem contesta. aut post litem contesta. Si ante litem contesta. olim iur.ff. ⁊ iur.C. citabatur. ⁊ si non veniebat: non contrahebatur hermodicium contra actorem nec poterat ferri sententia diffinitiua: nisi in causa liberali: vt.ff. de liberali causa.l. diui.§. si ea. ⁊.j. de libera. causa.l. lite. sed hodie iure aucten. ante litem contesta. bene contrahitur hermodicium contra actorem qui se subtrahit ⁊ citatur tribus edictis per interualla.xxx. dierum: vt.j. quomodo ⁊ quando iudex. aucten. qui semel. ¶ Sed quero hic statim qualiter olim si actor se subtrahebat ante litem contesta. compescebatur contumacia actoris? Certe poterat mulctari: quia non obtemperabat iudici in his que prima erant in iurisditione: vt.ff. si quis ius dicen. non obtempe.l. vnica.§. non solum. Si autem actor abest post litem contesta. hic iur digest. non contrahebatur hermodicium: vt possit ferri sententia diffinitiua: sed debebant circunduci acta: ⁊ reuersus poterat primam actionem mouere: vt.ff.eo.l. ⁊ post edictum. nisi in causa liberali: vt.s. dixi. sed iur.C. istud est immutatum: quia si actor subtrahit se lite contesta. citatur tribus edictis per interualla.x. dierum. ⁊ si non veniat per se siue per procuratorem: ⁊ liquet de causa: potest ferri sententia diffinitiua. si non liquet de causa absoluitur reus ab obseruatione iudicij: vt.s. proximo.§. habuistis. sed hodie iure nouissimo auctenti. siue ante litem contestatam vt dixi: siue post litem contesta. actor subtrahat se: citatur tribus edictis vt veniat. ⁊ si veniat planuz est. si non veniat: in fine anni fertur sententia: vt in preallega. aucte. qui semel. plene dicitur. Si autem reus abest similiter subdistinguo: quia aut abest ante litem contesta. aut post. si ante litem contesta. aut conuenitur reali actione idest rei vendi. ⁊ si quidem nullo modo est lis contesta. fertur sententia interlocutoria vt actor mittatur in posses. rei petite: ⁊ reus reuersus intra annum de possessione auditur: de proprietate perpetuo idest vsqz ad decem vel ad viginti annos: vel ad triennium. si res est mobilis. ⁊ hoc si cum titulo al's vsqz ad.xxx. annos: vt.j. de prescriptio.xxx. vel.xl. anno.l. si quis emptionis. in fi. si. autez lis est quasi contesta. quia cum res petebatur a possidente: nominauit dominum in iudicio: ⁊ dominus venire noluit: ⁊ aliquis non defendit dominum tunc lis est quasi contesta. similiter summatim examinato negocio fertur sententia interlocutoria ⁊ reus reuersus de possessione non auditur sed de proprietate sic: vt.j. vbi in rem actio. ex ce. debeat.l.ij. in fi. Si autem agitur personali actione ⁊ reus abest ante litem contesta. olim fiebat missio omnium bonorum: vt.ff. de bo. aucto. iudi. pos.l. fulcinius. ⁊.j. de bono. aucto. iudi. pos.l. cum proponas. preterq̃ in tribus casibus: vt in causa noxali ⁊ causa legatorum cum poterit caueri: vt.ff. ex qui. cau. in pos. ea.l.j. ⁊.l.ij. hodie autem fit missio pro mensura debiti declarati ex vi personalis act. sed ex vi hypothecarie fit missio omnium bonorum: vt in aucten. ibi signata que incipit. ei qui iurat. ⁊ h casu reuersus auditur de possessione: ⁊ de proprietate perpetuo: quia cum fit missio ex interlocutoria non efficitur dominus vel possessor: sed est rei custos siue detentator: vt.ff. ex qui ca. in pos. ea.l. cum ex legati: vt.ff. in posses. lega.l. is cui. ⁊.ff. de acquiren. possessio.l. possideri in fi. Si autem abest reus lite vere contesta. hic similiter refert: quia aut liquet de causa pro actore contra reum: aut non. si non liquet de causa: non fertur sententia diffinitiua contra reuz: vt.s. proximo.§. dixi. nec cancellantur acta: quia damnosum h esset actori: sed fertur interlocutoria vt actor mittatur in posses. vt ille tedio affectus veniat responsurus: vt.j. de bo. aucten. iudi. posses.l. cum proponas. ⁊ aucten. ei qui iurat. vel capientur pignora: vt.ff. si quis iusdi. non ob.l.j. ⁊ hoc casu si agebatur in rem: efficitur reus de possessore petitor: vt.j. quomodo ⁊ quando iudex.l. cōsentaneum. si autem non agitur reali sed personali: fertur interlocutoria: vt actor mittatur in possessionem ⁊ efficitur detentator: vt.s. dixi. Si aūt liquet de causa pro actore contra reum: fertur sententia diffinitiua contra reum: ⁊ actor mittitur in possessionez: ⁊ reus reuersus nec de possessione nec de proprietate auditur ⁊ sic intelligitur iste.§. ¶ Sed segnori quero hic. quid si liquet de causa pro reo qui se absentauit lite contesta. nunquid iudex fert sententiam pro ipso reo? Dicunt quidam ꝙ non sed acta iudicij pereunt: ⁊ in hoc punitur reus: vt.ff. de re iudi.l. contumacia. Sed verius est vt dicamus ꝙ iudex fert sententiam etiam pro reo qui se absentauit lite contesta. vt.s. in proximo.§. dixi in actore. sed hoc nō est ita verisimile. ⁊ ideo iste.§. hic non prosequitur.

Cum autem. Segnori potest dici ꝙ hic.§. est quedam pars per se cōmunis ad secundam ⁊ tertiam partem huius.l. ⁊ potest dici ꝙ sit communis ad secundam partem. ⁊ in isto.§. dicit̃ si actor vel reus lite contesta. se subtrahat: iudex pro eo qui est presens poterit examinare negocium: ⁊ poterit diffinire: cum terribiles scripture in medio proponantur: ⁊ absentia litigatoris dei presentia repleatur. ⁊ si ille reuersus velit appellare: h facere non poterit: cum contumax non appellet. Tex. sine vllo obstaculo idest non poterit ei obijci. iudex non poterit cognoscere: quia altera pars est absens. Tex. scripture idest euangelia: vt.j.l. proxima. ⁊.l. penulti. in principio. Tex. dei presentia repleatur. ⁊ ita dei euangeliorum presentia: absentis absentia repleatur. Tex. appellationis obstaculum scilicet ꝙ pronunciat ꝙ possit appellare. Tex. ꝙ si. vt qui est vere contumax appellare non possit. Tex. iuris est. vt.ff.eo.l. post edictum in fi. ⁊.ff. de appella.l. ex consensu. in fi. ⁊.j. quorum appella. non reci.l.j. ¶ Or segnori habetis hic ꝙ vere contumax non appellat ꝙ est verum in eo qui est contumax in non veniendo. sed si est contumax in non exhibendo: vel in non restituendo: bene appellat. ⁊ sic soluitur contrarium.ff. de appel.l. creditor.§. iussus. ¶ Or segnori ex.§. isto colligo argumentum: ꝙ contumax siue vere siue ficte non appellat: q2 hic.§. loquitur quādo pars que se absentauit: est vere contumax siue ficte: reprobata sententia domini Azo. vt dixi.s. ex qui. cau. ma.l.j.

Huiusmodi. Segnori hic incipit alia pars huius.l. dictum. est supra proximo.§. ꝙ lite contesta. iudex examinat negocium ⁊ potest ferre sententiam diffinitiuam actore vel reo absente. in.§. isto dicitur si iudex examinat negocium: ⁊ fert sententiam: debet eam ferre prope finem triennij: non autem ante dudum. Tex. si enim in anteriori tempore scilicet dudum ante finem triennij. Tex. forsitan. phylosophi cum temperamentum est vt al's.ff. de arbitris.l. si duo. Tex. imminet formido. ¶ Or segnori vt bene intelligatis hunc.§. quero quomodo.§. iste est intelligendus? Et certe dixit dominus Bul. ita. vt iudex teneatur de necessitate in fin. triennij altero absente ferre sententiam: posset etiam absentem dannare: ⁊ si vellet de voluntate absoluere. Sed dominus Martinus dicebat ꝙ iudex tenebatur de necessitate condemnare in fine triennij: non ante. Vel potest distingui ẜm Joan. in absente actore lite contesta. debet actor tribus edictis citari. si multum superest de triennio: debet expectare prope finem

finem triennij. ⁊ si non liquet de causa: debet absoluere reum ab obseruatione iudicij, vel si liquet de causa pro actore cōtra reum vel pro reo: debet ferre sententiam ſm ꝙ dicitur s.e.l.§. ⁊ siquidem. ⁊ ibi dixi. Si autem reus abest lite contesta. hoc casu siue simus prope finem triennij siue dudum ante: si liquet de causa pro actore contra reum: iudex debet ferre sententiam diffinitiuam contra reum: vt dixi. s. ea.l.§. sinautem reus. Si autem vterqꝫ esset absens tunc iudex in nulla parte triennij potest ferre sententiam: cum non sit cui ferat: cum sententia debeat ferri presentibus partibus: vel altera absente per contumaciam: vt.ff. de re iudica.l. de vno quoqꝫ. Sed si vterqꝫ ⁊ actor ⁊ reus est presens: lite contest. in quacunqꝫ parte triennij si de causa liqueat: potest iudex ferre sententiam diffinitiuam: quia hoc triennium est meta vltra quā non extenditur ⁊ infra quā sepe subsistitur: vt dixi in princi. huius.l.

Sinautem. Segnori supradictum est ꝙ iudex debet vtraqꝫ parte presente q̄stionem pecuniariam infra triennium diffinire. Item dictū est quid faciendum est iudici absente altera parte. modo in §. isto incipit quinta pars huius.l. que diuiditur in plures partes. ⁊ in.§. isto alia ponuntur: que habet facere iudex: si lite contesta. altera pars se subtrahit: vel si vtraqꝫ pars presens est. Et certe si lite contesta. iudex fert sententiam diffinitiuam vna partium absente: vel vtraqꝫ presente debet victum victori condemnare in expensis factis in lite. quod si non facit: ipse debꝫ de suo proprio refundere. ⁊ ista sunt vā. cum iudex examinauit negocium ⁊ altera pars se subtraxit. Si autem iudex cepit examinare negocium: ⁊ vtraqꝫ parte presente ⁊ volente litem peragere: ⁊ iudex non vult procedere: si ipse iudex est de maioribus iudicibus vsqꝫ ad illustres punitur in.x. libris auri. Si autem iudex est de minoribus: punitur in tribus libris auri. ⁊ hec pena applicatur nostro erario. ⁊ iste iudex debet remoueri: ⁊ alius in locum eius debet surrogari sub simili pena. ⁊ hec vera sunt quando in toto negocio fuit vnus iudex. si autem fuerunt plures iudices: quia iudex in medio triēnij decessit: vel ex alia causa est remotus: ⁊ alius in locum eius est surrogatus. siquidem supererat de triennio vnus annus vel plus anno: ille iudex surrogatus habebit residuum tempus īfra quod terminet causam. si autem supererat minus anno vt sex menses: iudex surrogatus habebit annum: ⁊ sic causa durabit vltra triennium. Tex. sinautem alterutra ⁊c. idest altera: qa si vtraqꝫ partium absente iudex ferret sententiam: nulla eēt ipso iure. Tex. decisa. sub. per sententiam diffinitiuaꝫ: vt.ff. de re iudica.l.j. Tex. iurauerit. sub. victor. Tex. non ignorātes scilicet iudices. ꝙ si h̄ pretermiserint scilicet iudices. Tex. coartabuntur. ¶ Or segnori statim not. ꝙ expense litis probantur per sacramentum expendentis: facta primo taxatione a iudice. ⁊ hoc ideo: quia minutatim fiunt. vnde difficile esset per testes vel instrumenta probare. simile.j.e.l. sancimus. in aucten. ibi signata. sic ⁊ al's que non possunt faciliter probari: probantur per sacramentum: vt.j. vnde vi.l. si quando. ¶ Item not. hic ꝙ victus victori in solitis expensis condemnatur. ⁊ ad hoc facit.s. de episcop. ⁊ cleri.l. omnes in fi. ⁊.j.e.l. sancimus. ⁊.j. de fruc. ⁊ li. expen.l. non ignorabit. ⁊.j. qui accusa. non pos.l.ij. ⁊.ff.e.l. eum quem temere. ⁊ hoc est verum regulariter. Glosauit hic tamen dominus Ir. elegantibus verbis. exceptionem facit a regula contumacia: ⁊ iusta ignorātia quasi dicat aperte ista duo faciunt cessare ꝙ victus victori in expensis solitis non condemnatur. facit exceptionem a regula iusta contumacia: vt si actor lite contesta. cum non supererat nisi semestre tempus se subtraxit: ⁊ citatur tribus edictis per interualla.x. dierum: ⁊ fuit contumax in veniendo per se vel per legittimum procuratorem: ⁊ inuenitur meliorem causam habere: quia pro eo fertur sententia contra reum: sed pro sua contumacia detrahuntur expense rei ſm ꝙ dicitur.s.e.l.§. ⁊ siquidem pars actoris. Item exceptionē facit a reg'la iusta ignorantia scilicet rei: quia credebat se habere bonaꝫ causam litigandi: ⁊ habebat malam: vnde excusatur: vt ar.ff. de leg.ij.l. qui solidum.§. etiam. ⁊ in auc. de iudic.§. oportet. ⁊ dicitur iusta ignorantia si reus conuenitur ex persona alterius ⁊ heres vel fideicōmissarius: quia in facto alieno tollerabilis est ignorantia: vt.ff. pro suo.l. vltima. ⁊.ff. de reg. iur.l. qui in alterius. ⁊.l. non potest videri. sed secus si conuenitur reus ex sua persona: quia in facto suo non est tollerabilis ignorantia: vt.j. de rei vendi. quisquis. ¶ Sed verius est vt dicatis ꝙ ex quo iurat de calū. presumitur iusta ignorantia motus: qꝛ credebat habere bonam causaꝫ. cum verisimile non sit ꝙ aliquis sit imemor diuine salutis: vt.j. ad.l. iuli. repe.l. quisquis. ⁊ hec vera sunt cum petuntur expense iudicis officio. sed si expense petuntur ex promissione: tunc in expensis debet condēnari: nisi appareat ista ignorantia: vt argu.ff. si inge. ma. esse di.l.ij. ¶ Sed prodeo. hic statim quero que dicūtur solite expense? Respondeo que dantur aduocatis ⁊ nūcijs cōmunis. ⁊ sumptus qui fiunt in itinere. ⁊ sumptus qui fiunt circa acta litis. ⁊ omnes sumptus qui fiunt quos facturus non esset si ad iudicium non venisset: vt.j.e.l. sancimus. ⁊.j. de fructi. ⁊ liti. expen.l. non ignorabit. Tex. vel propter amicitias. sub. vnius partis. Tex. vel turpissimi lucri gratia. forte corruptus pecunia vel sorde. Tex. transactum. sub. cōputandum a die litis contesta. Tex. palatina compellatur. qꝛ in palatio homines erant. c. quorum officium erat in mulctis ⁊ in penis exigendis: ⁊ fisco applicandis. Tex. formidine. ¶ Or segnori habetis hic. si vtraqꝫ parte instante iudex differt diffinire negocium: ⁊ perit instantia lapsu triennij: quacunqꝫ causa turpi hoc faciat si est maior iudex punitur in.x. libris auri. si autem est minor punitur in tribus libris auri. vnde nota ꝙ quāto quis maior est tanto maiori pena afficitur scilicet pecuniaria non corporali: vt plene dixi s. de summa trini. ⁊ fide. ca.l.iij. in fi. ¶ Sed h̄ casu quando finitur instantia iudicij per factum iudicis: qualiter prouidetur litigantibus? Respondeo iudex de suo proprio tenetur refundere eis: vt in princi. huius.l. habuistis. Uel potest dici ꝙ vbi stat per iudicem: ꝙ perit instantia cause: lesus restituitur: vt argumen.ff. ex quibus causis maio.l. sed ⁊ si in princi. Alij dicunt ꝙ ipse potest conueniri actio. ex quasi delicto: quasi videatur fecisse litem suam: vt institu. de ob. que ex delict. nasc. in princi. Alij dicunt ꝙ si iudex fert sententiam malam: tenetur ex quasi delicto. non si litem protrabit vltra triennium: quia h̄ specialiter cautum est: vt ff. de doli exceptio.l. doli. nam cum litem protrabit vltra triēnium: ista pena applicatur fisco. si tamen facit litem suam illa pena applicatur ei qui est lesus. ⁊ hec vera sunt in causa principali. sed in causa appellationis si stat per iudiceꝫ quo minus causa appella. agatur: ipso iure fatalia tempora non currunt: vt in aucten. vt spon. lar.§. h̄ quoqꝫ. Tex. occasione. puta propter longam valitudinem. Tex. mutatum. sub. ⁊ alius fuerit in locum eius surrogatus: vt.ff.eo.l. si longius. ⁊.l. mortuo. Tex. terminare. sub. quo ad sententiam diffinitiuam: vt.ff. de re iudica.l.j. ¶ Or segnori habetis h̄ casum vt dixi: in quo instantia durat vltra triennium ⁊ vsqꝫ ad quadriennium minus vna die. Sed pone ꝙ iudex vltima die triennij decessit: vel alia occasione est remotus: ⁊ alius in locum eius est surrogatus. nam habebat defunctus minus anno vna die: bene dabitur surrogato annus: vnde durabit instantia quadriennio minus vna die. Sed lex videtur contra. que videtur velle ꝙ si iudex datus mortuus est: ꝙ alius debet surrogari in locum eius: ⁊ surrogatus debet finire litem infra tempora a lege statuta. ⁊ etiam alij surrogato potest tempus dari dumtamen tempora legalia nō offendantur. vnde videtur contra.ff.eo.l. si iudex. Ad quod potest dici ꝙ.l. illa correcta est per istam. Alij dixerunt ꝙ hec lex loquitur in iudicibus ordinarijs: illa loquitur in iudice delegato. si in delegatione certa tempora erant statuta inter eadem tempora surrogatus determinabit: vel dabuntur alia tempora: dum tempora tamen legalia non offendantur. ¶ Sed quid dicemus in iudicibus semestribus. i. q durāt tm̄ per sex mēses: vt est in ciuitate ista: exceptis iudicibꝰ potestatis qui durāt vno anno. nunqd si lis est cōte. coram vno si perueniamus ad scdm iudicē: alius iudex habebit hoc tēpus. s. annum? Nō dicitur hic: dicunt quidā in semestribus iudicibus vel annalibus non potest habere locum: quia si

plus haberet temporis habet annum: vt hic dicitur. Sed verius est vt vos dicatis: idem habere locum quod dicitur hic in iudicibus semestribus vel annalibus: vt si aliquis moriatur vel mutetur: ꝙ substitutus habeat annum. ⁊ hoc committitur iudici etiam cum certum est ꝙ medio tempore mutabitur.

Illud proculdubio. In .§. dicitur ꝙ si non stet per alterutrum litigantium vel per iudicem: sed per aduocatos cause: quominus infra triennium lis pecuniaria finiatur: aduocati debet puniri a iudice in duabus libris auri. ⁊ ista pena debet eligi per scholam palatinam. ⁊ similiter debet applicari fisco. nam aduocati non debent differre negociuz immo debent negocium perducere ad finem exquo inceperunt nisi lex vel alia iusta causa eos impediat. nec possunt excusare se ꝙ salarium solutuz non sit eis a clientulis: quia clientuli cogentur sibi soluere salarium per executores negociorum. ❡ Or segnori hic colligitur ꝙ in sententia debet inseri causa: quia si per factum aduocatorum vel aduocati factum est ꝙ lis non finiatur intra triennium: condemnatur in duas libras au. ⁊ inseritur causa cur condemnatur. ⁊ hoc est ideo quia in ista sententia imponitur pena: vt argumen. ff. de penis. l. si preses. ⁊. ff. de suspec. tu. l. he enim cãe. Item in causis criminalibus debet causa inseri in sententia: quia maius periculum est in penis: vt. ff. de penis. l. in seruorum. in fine. ⁊. l. respiciendum. Item in causa appel. debet inseri causa in sententia. cum iudex appellationis habeat pronunciare sententiam iustam vel iniustaz: vt. ĩ. de appel. l. eos qui in prin. ad h̄ etiam facit. ĩ. de vsur. rei iudi. l. ij. Item in causis criminalibus debet inseri causa in sententia: quia potest esse ꝙ accusatio est talis propter quam varie pene imponuntur: qualis est si aliquis est accusatus de vi. nam vis alia publica: alia priuata. sed in alijs sententijs non est necesse inseri causa: vt. ff. de re iudi. l. j. ⁊. l. in summa. ⁊. ff. de arbi. l. quid tamen. Tex. eam. s. litem. Tex. lisq; ad triennium idest vsq; ad sententiam diffinitiuam que est litis terminus: vt. ff. de re iudi. l. j. Unde ex littera ista colligitur arg. ꝙ qui conuenit aduocare pro certo salario: tenetur aduocare in causa principali nõ in causa appellationis. quia hic dicit ꝙ tenetur aduocare vsq; ad terminum idest vsq; ad diffinitiuam que est terminus litis vt dixi. ⁊ causa appellationis alia est a prima: vt. ĩ. de appella. l. eos qui. in prin. ⁊ dixi. s̄. de procura. l. inuitus. ⁊ dicam. ĩ. de suffragio. l. vnica. Tex. nisi lex. puta si videret aduocatus ꝙ cliens haberet iniustam causam: quia tunc posset eam deserere: vt. ĩ. l. proxi. §. patroni. ❡ Or segnori hic colligitur argu. ꝙ salarium non est soluendum aduocatis in principio cause sed postea in processu cause. quia si dicat aduocatus nolo venire ad iudicium: quia cliens non soluit mihi salarium: debebit iudex per executorem clientuluz compellere vt soluat. Uel potest dici ꝙ in princi. cause debet solui: vt. ff. de vari. ⁊ extraordi. cogni. l. j. in fi. in salario fisci: vt. s̄. de aduoca. diuer. iudic. l. per hanc. ❡ Item not. ꝙ litigantes possunt alium patronum pro alio eligere. Sed l. videtur contra. ĩ. l. proxi. §. vltimo. Ad quod vos ita dicetis. aut litigator spernit aduocatum: vt quia non videtur sibi solitus: ⁊ vult eligere alium pro alio: ⁊ hoc sibi licet vt hic. aut aduocatus spernit litigatorez: quia credebat istam causam iustam esse ab initio: modo videt iniustaz: quo casu non licebit clientulo alium aduocatum inuenire. ⁊ sic intelligitur lex contraria. Alij dicunt ꝙ in hoc corrigitur hec lex per. l. sequentem.

Hec autem. Segnori hic incipit sexta ⁊ vltima pars huius. l. in qua dicit Iustinia. ꝙ predicta vera sunt quando ambo litigatores sunt maiores. xxv. an. Sed quid si actor est minor. xxv. annis vel furiosus masculus vel femina: ⁊ litigat per procuratores vel tutores: ⁊ lis finita non est. ĩ. triennium: sed est elapsum ⁊ sic reus est absolutus ab instantia iudicij. Si tutores vel curatores sint soluendo ⁊ eoruz fideiussores: satis est si ipse pupillus vel adultus vel furiosus habet regressum contra tutorem vel curatorem vt prestent ei indemnitatem. si autem non sunt soluendo: tunc poterunt in integ. restitui pupillus vel adultus vel furiosus vt non patiantur detrimentũ. Tex. perfecte etatis. ⁊ dicitur hic perfecta etas. xxv. anno. vt. s̄. de his qui ve. eta. impetra. l. vltima. Tex. ⁊ causa idest instantia cause. vel dicatis ⁊ causam deciderit per sententiam diffinitiuam. Tex. litem quidem. potest exponi litem idest causam. nihilominus. i. non maius: vt. s̄. e. l. quot. vel potest exponi proprie litem. i. primam actionem. Sed ad quid restituentur? Dicunt quidam ad damnum ꝙ passi sunt. ⁊ hoc consequenter ab aduersario. Uel dicatis restituentur vt lis suo marte concurrat. ĩ. annum. vt. s̄. e. l. §. sin autem alterutra parte. in versi. sin autem in medio. ❡ Or segnori vos habetis h̄ si desidia tutorum vel curatorum elapsum est triennium: ⁊ non est finita lis: si sunt soluendo tutores vel curatores habent regressum contra eos. si non sunt soluendo possunt in integrum restitui. Sed videtur contra. ꝙ ipsi minores habent electionem: vt. s̄. si tu. vel cu. l. etiam. Ad qd̄ potest dici ꝙ illud verum est regulariter ꝙ ipsi minores habent electionem velint restitui vel velint habere regressum contra tutores vel curatores. sed speciale est h̄ odio litium vt lites finiãtur. ❡ Sed denuo instatur hic. quomodo ista prescriptio. xxx. vel. xl. an. currit minori? cum ⁊c̃. vt. s̄. in quibus causis in integrum resti. non est ne. l. vltima. Respondeo regulariter prescriptiones minori non currunt vt in. l. contra. Fallit in prescriptionibus iudicialibus quia currunt minori: sed restituitur vt hic dicitur. Item fallit in prescriptio. x. dierum statuta ad appellandum: vt. s̄. si aduersus rem iudic. l. cum ⁊ minores. Item fallit in alio casu vt in prescrip. inuentarij que currit minori: sed restituitur: vt in aucten. de here. ⁊ falci. §. pupillus. Odo.

Rem nõ nouã. Segnori hec. l. sicut ⁊ superior est noua. l. iusti. ⁊ licet sit longa ⁊ plixa q̃tum ad textũ: tamen eius snĩa est breuis: ⁊ h̄z duas partes p̃ncipales. Et in prima p̃te dicit iusti. se aggredi rem nõ nouã sed vsitatam. oli ita erat ꝙ iudices in initio cãe iurabant: ꝙ ipsi cũ omni veritate negocia examinarẽt ⁊ diffinirent. ⁊ iõ omnes iudices ⁊ arbitri quando ipsi cognoscunt: debent sacrosancta euangelia prestare in prin. litis: ⁊ in medio: ⁊ in fine: vt territi timore euangelioꝝ iuste examinent ⁊ diffiniãt. ❡ In secunda parte continetur ꝙ aduocati causarum post litem contesta. per narrationem ⁊ contradictionem secutam: siue aduocent coram maioribus iudicibus siue corã minoribus debent iurare ꝙ non fouebunt iniquam litem. sed ⁊ si forte ab initio iustam credebant: ⁊ ex postfacto iniustam causam deserant. ⁊ h̄ casu si erat vnus aduocatus tantum in causa: ⁊ ab initio credebat iustam: ⁊ ex postfacto iniustaz non licebit clientulo spreto alium aduocatum querere. Sed si plures erant aduocati ⁊ ab initio credebant iustam: ⁊ ex postfacto quidam viderunt iustam: quidã iniustam. qui putãt iniustaz: deserant causam. qui iustam putant non deserant cãm. ⁊ ex fine sententie apparebit qui timidius quiq; audacius iudicium reliquerunt vel pertulerunt. ❡ Segnori hic dominus Io. ⁊ Azo scripserunt quandam glo. solatij causa. ⁊ dicunt ipsi. dum dominus Bul. quodam mane legeret. l. istam: ⁊ in nocte precedenti duxisset vxorem quam ipse pro virgine ac noua acciperet: cum a multis contrarium crederetur. ⁊ exposuisset rem non nouã neq; insolitã aggredimur. i. aggressi sumus. scholares pulsabant libros contra eũ. nam intentio scholarium erat ꝙ ita exposuerat litterã istam ad factuz vxoris. quasi in ea ipse fuisset rem nõ nouam atq; insolitam aggressus ⁊ non virginem: sed corruptam attentasset. ꝙ factuz non esset si forte litteram exposuisset vt iacet. Tex. calculum idest sententiam diffinitiuam: vt. s̄. de iureiur. ca. l. ij. Tex. facultatem. vt q; sunt ordinarij. Tex. ex recepto idest compromisso. ⁊ ita compromissum est redactum ad similitudinem iudiciorum vt hic. ⁊. ff. de arbitris. l. j. Tex. scripture. i. euangelia. Tex. piculosum sit. ❡ Or segnori hucusq; durat pria ps huius. l. Et in ista pria pte nota. plura no. ⁊ prio no. ꝙ de rebus solitis leges faciẽde sunt: vt no. s̄. l. p̃xima in p̃n. ⁊. ff. de le. ⁊ cõ. l. ⁊ longa cõ. nam ad ea ⁊c̃. vt. ff. de cõsti. prin. l. in rebus nouis. ❡ Item nota ꝙ iudex in initio quando suscipit

pit officium iurat iudicare cum veritate ꝛ legū obseruatio
ne: sed hodie iurant iudicare. ſm ꝙ credunt leges velle: vt
in auc. quā statim hic legam. ꝛ incipit hodie ꝛ est in coꝛ. auc.
vt iusiuran. quod prestat ab his qui admi. suf. per totam cō
stitutionem. §. penul. Sed postq̄ susceperūt administratio
nem: debent in examinando ꝛ finiēdo habere euangelia co
ram se. quia sicut ipsi iudicabunt homines: ipsi iudicabunt
a deo. ꝛ ad h facit. s. ti. proxi. l. ij. in prin. ꝛ non est diu ꝙ ista
l. consueuerat seruari: ꝛ maxime in ciuitate ista. Patroni
autem causarum ꝛc. hic incipit secunda pars huius. l. Tex.
obiectam. ¶ Or segnori hic colligitur ꝙ litis conte. habet
fieri per narrationem ꝛ cōtradictionem oppositā. ꝛ in ciui
tate ista facimus hoc modo. legitur libellus presente acto
re ꝛ reo. eo lecto petit iudex ab actore. credis tu actor habe
re ius petendi ſm seriem tue petitionis? dicit ipse credo. ꝛ
postea interrogat reum. ꝛ tu quid credis? domine credo me
iuste defendere: ꝛ non credo eum habere ius petendi. ꝛ ita
fit litis contesta. vt hic. ꝛ. j. de lit. contesta. l. j. ¶ Sed quid si
reus respondeat. bene credo eum habere ius petendi: ꝛ me
ei teneri. nunquid fit litis contesta. Respondeo non: vt di
cam. j. de litis contes. l. j. Tex. surrogetur. ¶ Sed nōne cō
tradicit qd habuistis. s. l. proxi. §. vlti. Respōdeo dic vt ibi
dixi. Tex. veni. protulerunt. Et ita colligitur h illud no. exi
tus acta probat. ¶ Or segnori in ista secunda parte huius
l. no. ꝙ dum quadam die dominus Federicus senior que
siuisset a domino Bul. ꝛ Mar. dicatis mihi: ego itellexi ꝙ
lite contesta. a litigatoribus: patroni causarum debent iura
re ꝙ non fouebunt iniquā litē. ꝛ si in processu cognouerit
iniustam litem fouere clientulum suum ꝙ deserent cām illā.
cur nō facimus ꝙ aduocati in foro nostro ita iurent? Ad qd
ipsi rn̄dent h iure cauet: sed consuetudine nō hr̄. ¶ Or se
gnori sup prima parte huius. l. habetis signatam vnā auc.
que incipit hodie. vnde videatis eam.

Hodie. Continuabitis istam auc. ad l. C. sic. Segnori p. l. C. iurabant iudices cum omni veritate ꝛ obseruatione legum negocia examinare ꝛ diffinire: hodie iurant ſm ꝙ eis visum fuerit iustum iudicare: exceptis defensoribus ciuitatū: qui iurant iudicare ſm leges.

Sancimus. Sicut due. ll. supiores sunt noue. ll. iustini. ita ꝛ hec. ꝛ in. l. ista precipit iusti. omnibus iudicibus maioribus ꝛ minoribus degētib⁹ in vrbe ro. vl' in prouincijs: si alter de litigatoribus se subtraxerit ꝛ citatus vt veniret ad iudicium nō venit: si postea velit venire ad iudicium: eo reuerso nō pandat aditus iudiciorū: nisi prius restituat aduersario suo omnia damna estimatione competentis iudicis diffinienda. nam debet petens iurare: ꝛ iudex debet taxare. ꝛ si iudex omittit hoc facere: de sua substantia damna parti lese debet resarcire. ꝛ hec lex non solum habet locū in maioribus iudicibus qui possunt citare per edicta: imo ꝛ in minoribus iudicib⁹ idest in pedaneis iudicibus qui non possunt litigatores citare per edicta: sed debēt per se eos citare. Tex. sancimus. sub. ait iustini. qui fecit. l. istam. sed in multis libris incipit hec lex. si quando. Tex. compellantur. vt. s. e. l. properandū. §. sinautem alterutra. dixi. ꝛ. j. de fructi. ꝛ li. expen. l. nō ignorabit. Tex. ꝙ in pedaneis iudicibus. dicuntur pedanei iudices: vt. j. de peda. iudi. l. vltima. Tex. licet non citati. Hec littera exponitur dupliciter. ꝛ vno modo sic. non citati per nuncios: sed requisiti per iudices. al's exponitur non citati scilicet per edicta in albo pretoris proposita: sed per nūcios vel per apparitores. ¶ Or segnori circa finem huius l. notabitis vnū no. ista littera videtur velle ꝙ minores iudices vt sunt pedanei non citent: sꝫ per se partes reqrent. vnde ex littera ista: dū semel domino Azo. ꝛ domino Lotherio qui erant contemporanei. ꝛ qui lotherius fuit archiepiscopus pisanus. ab ordinario iudice esset delegata quedam causa. dum ipsi tractarent de parte rei citanda: ꝛ qualiter ipsi facerent citationē: dixit dn̄s lotherius. si vobis videtur eamus ꝛ requiramus partem rei psonaliter: ꝛ dicamus ꝙ tali die debeat comparere in tali loco. nā non possumus citare per edicta vel per nuncios: vt hic dicitur in fi. nisi in pedaneis iudicibus qui delegati sunt. ꝛ ad h etiam facit. s. de episcopis ꝛ cleri. l. iubemus. §. ceterum. vbi vetatur magnis iudicibus ne vadant ad loca litigatorum. quasi dicat. secus est in paruis iudicibus idest in delegatis: vt arg. ff. ne quis eum qui in ius vocan. vi exhi. l. iij. ꝛ. s. e. l. rem non nouam. Sed dominus Azo dicebat: mihi videt ꝙ citemus per nuncios: vel per epistolam. ꝛ dicebat ꝙ sicut ordinarius potest citare per nūcium vel per epistolam: ita ꝛ nos: qꝛ sumus delegati. ꝛ h ita probabat. arbiter est minor iudice delegato quia nullam iurisditionem habet: sed notionem tantum: vt ff. de re iudi. ait pretor. ꝛ tamen potest citare per nunciū: vel per epistolam: vt. ff. de arbitris. l. sed ꝛ si interpellatur. §. penul. ꝛ lex dicit pferre. sed hoc multomagis nobis licet qui sumus delegati. nam delegatus iudex saltim habet iurisditionem sibi delegatam: vt. ff. de iuris. om. iudi. l. more. Item iurisditio sine modica cohertione nulla est: vt. ff. de offi. eius cui man. est iuris. l. j. in fi. ꝛ. l. vltima. Item delegatus remouet nuncium ab officio: vt. j. de sportu. ꝛ sumpt. ꝛc. l. vltima. Hec ob. littera ista. qꝛ intelligo ꝙ pedanei iudices non citant per edicta vel per preconem quia non habent pretoriū: sed requirunt per nuncios vel per epistolam. Nam est triplex citatio. Est quedam citatio que fit per edicta dum scribitur in albo pretoris. omnis qui habet causam pecuniariā: veniat coram iudice tali die: vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. sigs id. ꝛ. ff. e. l. ad peremptorium. ꝛ. l. post edictum. ꝛ h hodie nō est in vsu. ꝛ hanc citationem non faciunt pedanei iudices: quia non habent album. Item est secunda citatio que fit voce preconia: vt in aucten. de liti. §. omnem. que est. j. quomodo ꝛ quando iudex. aucten. qui semel. ꝛ hanc citationē non faciunt pedanei iudices: sed ordinarij citāt per edicta ꝛ per preconem. Est ꝛ tertia citatio que fit per nuncium vel per epistolam. ꝛ hanc possunt facere omnes iudices: cum arbiter possit h facere qui nullam habet iurisditionem: sed notionem tantum: vt. s. dixi. Hec ob. ista littera. nisi. quia intelligitur vt. s. dixi. ¶ Sed segnori verior est opi. domini Azo. ꝛ dominus Azo curialiter excusabat dominum lotherium ꝛ dicebat: ꝙ non credebat ipsum dixisse ex bona conscientia. sed qꝛ persona que erat citanda erat quedam pulcherrima domina. ꝛ ideo dicebat dominus lotherius ꝙ volebat eā requirere personaliter: qꝛ libenter dominas videbat. vnde volebat eam videre. sed dominus Azo de hoc non curabat. ¶ Sed ad. l. istam instatur. hec. l. videtur superflua. cum per l. aliam. s. victus victori damnetur in expensis: vt. s. l. properandum. §. alterutra. Respondeo non est superflua: imo hec l. differt ab illa: qꝛ illa lex loquitur in sententia diffinitiua in qua dānatur victus victori in expēsis. hec lex loquitur quādo actor vel reus lite conte. ante sn̄iam se subtrahit ꝛ citatus vult venire: non auditur nisi prius omnia damna refundat parti lese. ¶ Or segnori videatis quādam auc. quam habetis h signatam: que incipit sed hodie.

Sed hodie. Auctē. ista in aliquo corrigit. l. C. lex codicis volebat ꝙ fieret condemnatio in expensis pmo iuratis: ꝛ postea taxatis: sed hodie per auc. istam contra est: quia primo iudex debet taxare expensas: ꝛ eis taxatis: petēs expensas debet iurare q̄tum expenderit. vt vnum sciatis: si iudex taxauit expensas ꝛ iurate sunt: non potest postea minorare: sed ab initio bene potest. Tex. prestitum. sub. in expensis. Tex. non licet. sub. post sacramentū. Tex. sumptuū. sub. propter iustam causam ignorantie: qꝛ ignorantia exceptionem facit a regula: vt. s. dixi. e. l. properandum. §. sinautem alterutra. ꝛ est hec aucten. in aucten. de iudicijs. §. oportet. ¶ Sed ad aucten. istam opponitur ꝛ signatur contrarium. nam videtur velle. l. ꝙ ante iusiuran. non liceat taxare. vnde videtur contrarium de in litem iur. l. videamus. §. iurare. ꝛ. l. in actionibus. Ad quod potest dici. quod ibi dicitur hic corrigitur. Uel potest dici ꝙ hic loquitur in sacramento quod fit propter sumptus litis. nam iudex debet ita dicere ei qui petit sibi refundi expensas. quid expendisti

in lite? dicit pars lesa: domine tantum dedi aduocato meo: ⁊
tantum in actis cause: ⁊ tm̄ sapientibus. dicit iudex: q̄tum
ascendunt. ⁊ dicit pars lesa. domine. c. libras. dicit iudex ni-
mis ascendūt. vnde ego taxo sumptus tuos vsq; ad. l. libras
vnde si volueris iurare de minori summa: audiam te. de ma-
iori summa: non audiā te. sed in. ll. p̄rijs loquimur de sacra-
mento in litem ꝙ est de affectione.

Apertissimi. Et ista similiter est noua lex iustinia. ⁊ in. l. ista dr̄ ꝙ litigatores. i. rei qui ꝯueniunt̄ ante litem conte. iudices corā q̄bus conue-niant̄ si putant eos suspectos: possunt illos recusare: siue sint delegati a p̄ncipe siue ab alio ordinario. ⁊ tunc sunt eligendi arbitri a partibus. ⁊ de-bent cogi per executores arbitros eligere. post litem conte. non licet iudices recusare: sicut post litem contesta. ante sen-tentiam non licet appellare ab aliquo grauamine. Tex. lice-re litigatoribus idest reis qui conueniunt̄. ⁊ idem est in acto-re: si iudex est talis quem non petijt: vt. j. de litis conte. auc̄. offeratur. Tex. apud arbitros. sub. qui cognoscant de nego-cio principali. Tex. porrecto. sub. in scriptis. Tex. censemus ꝙ. s̄. dictum est. ¶ Or segnori habetis hic ꝙ iudex ante li-tem contesta. potest recusari libello porrecto in scriptis.
Sed qualiter debet libellus recusationis formari? Respō-deo ita quoniam periculosa res est sub suspecto iudice liti-gare ⁊ tristissimus solet sortiri effectus: ideo ego talis vos talem iudicem recuso: ⁊ peto alium mihi dari vel arbitros eligi: vt hic ⁊. j. eo. l. cum speciali. ¶ Or segnori nota. ꝙ s̄m iura nostra vbi recusantur iudices delegati: eliguntur arbi-tri de voluntate litigatorum qui cognoscant de causa prin-cipali: non de causa appellatiōis. ⁊ ideo ab eis appellatur: vt. j. e. l. vlti. Sed iure canonum si recusantur iudices: eligū-tur arbitri qui cognoscunt de causa suspitionis: vt extra de offi. ⁊ pos. iudi. dele. c. suspitionis. ⁊ extra de appella. secun-do requiris. ¶ Sed quare aliud iure nostro ⁊ aliud iure ca-nonum? Respondeo quia iure nostro sufficit si aliquis dicat se iudicem habere suspectum. non autem debet causam alle-gare ⁊ probare: ⁊ ideo arbitri non cognoscunt de causa su-spitionis. sed iure canonum non sufficit: si aliquis alleget se habere iudicem suspectum nisi probetur causa suspitionis.
IN rebus. In .l. ista dicit sicut pupillus in pecuniarijs questionibus pōt agere ⁊ ꝯueniri auctoritate tutoris sui: ita adultus debet posse agē ⁊ conueniri auctoritate sui curatoris. Tex. habent. q. d. in ciuilibus ⁊ pecuniarijs questionibus: que priuati iur sunt: qꝛ dant illis quoruꝫ interest: non cuilibet de populo: vt. ff. de man. l. si ꝓcurator. §. mādati. sed qōnes criminales: alique sunt publici iuris: que dant cuilibet de populo: vt. ff. de pub. iudi. l. j. Uerumtn̄ qd dicit lex ista in pecuniarijs qōnibus pupillū posse agere auctoritate tutoris ⁊ ꝯueniri. Idem est in criminalibus qōnibus: quo casu admittit pupillus ad accusationē criminalē puta si prosequat suaꝫ vel suoꝝ iniuriā: vt. ff. de acc. l. j. eodē casu non pōt esse sine tutoris auctoritate in iudicio: vt. j. de auc. prestan. l. clarū. ¶ Or segnori vos habetis hic regulam: ꝙ minores. xxv. an. possunt interesse in iudicio auctoritate tutoris vel curatoris. Et ad hoc ꝯcor. ff. de admi. tu. l. j. §. sufficit. Sed ista regula recipit instantiā in tribꝰ casibus. Unus casus est: si impetrat veniā etatis. nam post veniā impetratā habet pro maiore. vnde pōt in iudicio interesse: vt. s. de his qui ve. eta. impe. l. j. ⁊. l. ij. Item fallit fauore libertatis in interdicto de libero homine exhibendo: vt. ff. de libero ho. ex. hi. l. qd ait. §. hoc interdicto. Item fallit in possessorio iudicio: qꝛ ibi est speciale: vt per quācunqꝫ personaꝫ possit exerceri: vt. j. l. proxi. statim dicemus.

m Omentanee possessionis. Segnori hec lex cōsueuit valde difficilis reputari: sed si aduertatis casuꝫ ⁊ expositioneꝫ littere: satis videbit vobis facilis. Et legitur ista. l. tribus modis: sicut patebit ex subsequētibus. Ego tamen premittam veriorem lecturam ⁊ ꝯm eam exponaꝫ litteram: ⁊ postea breuiter alias duas lecturas tangam: ⁊ vno modo legitur: vt dicatis. l. istā tria dicta in se cōtinere siue tres casus. ¶ Et primuꝫ dictū siue primus casus est talis ꝙ iudicium momētanee possessionis. i. actio que mouetur pro possessione pōt exerceri per quācunqꝫ personam nedum maiorē: nedum liberā: imo seruam. ⁊ hoc est primum dictū siue primus casus. ¶ Secundus casus ē talis: si minor pupillus vl' adultus mouet possessorium iudicium sine tutore vel curatore ⁊ moto possessorio iudicio adipiscende possessionis vel recuperande: ⁊ ipse latēter vel obrepticie iudiciū petitoriū velit mouere: ⁊ sic questionem ꝓprietatis in iudicio deducit: hoc sibi facere non liceat: siue possessorium iudiciuꝫ mouit sine auctoritate legittime persone: vel non. ⁊ maxime si sine tutoris vel curatoris auctoritate illud iudicium possessorium mouit. ⁊ ħ est scd̄m dictum siue secundus casus. ¶ Tertium dictum siue tertius casus talis est. Si minor mouit iudicium possessorium contra aduersarium: ⁊ vicit euꝫ in iudicio possessorio ⁊ aduersarius eius vult eum petitorio iudicio recōuenire: ħ facere non potest sine legittimo tuto. vel curato. qꝛ nō potest esse in iudicio petitorio sine tutore vel curatore. Unde debebit ipsum minorem auctoritate tuto. vel curato. reconuenire: vel tutoreꝫ pupilli conuenire petitorio iudicio. hoc dicit ista. l. videatis litteram. Tex. sub. colore. Incipit. scd̄m dictum: siue secundus casus. Tex. nihil. Incipit tertiū dictum siue tertius casus. ¶ Or segnori sicut ego vobis premissi: hec. l. consueuit valde difficilis reputari ⁊c. dic vt dixi in casu. videatis expositionē littere: ⁊ si bene aduertatis expositionem littere: videbitis: qd ego breuiter tangam quicquid. j. dicam. Exponatis ergo sic. Tex. momētanee possessionis idest actio que proponitur super possessiōe siue adipiscenda siue retinēda siue recuperanda que dicitur momētanea: qꝛ eius victoria est habilis ad durandū per momentuꝫ. Tex. exerceri potest. sub. agendo vel respondēdo. Tex. per q̄scunqꝫ personam minorem vel maiorem pupilluꝫ vel adultum. Item nedum per liberā personam: imo ⁊ per seruam: qꝛ seruus pōt mouere possessoriū iudicium ⁊ intelligatis suo nomine: non alieno nomine. Tex. obrepticia petitio idest clandestina petitio super ꝓprietate. qui enim obripit: claꝫ dicitur facere. Tex. alteri idest aduersario minoris. Tex. maxime cum absqꝫ conuentione idest sine auctoritate persone legittime. Tex. nunciatū idest ceptum. Tex. iurgiū. sub. pos. iudicij. ac si aperte dicat. siue minor mouit possessorium iudicium auctoritate tutoris vel nō: non poterit latēter questionē proprietatis in iudicio deducere. ⁊ maxime cū possessorium iudicium mouit sine auctoritate tutoris. Tex. nihil aūt. Incipit tertium dictū ⁊ vltimū: siue tertius casus. Tex. opitulet. i. prosit aduersario minoris. Tex. conuentio. idest recōuentio proprietatis. Tex. circa minorem. i. contra minorem. Tex. habita. sub. aduersario minoris finita qōne possessionis: qꝛ ꝯm opinionem cōmunē: primo debet agi ⁊ finiri questio possessiōis: ⁊ postea questio proprietatis: vt. j. de rei ven. l. ordinarij. Tex. cuꝫ id: idest reconuētio facta super proprietate ab aduersario minoris. Tex. contra curatorem. vel cōtra ipsum minorem auctoritate tuto. vel curato. Tex. debuerit custodiri idest reconueniri: qꝛ in causa proprietatis minor debet cōueniri tutoris vel curatoris auctoritate: vt. s. l. proxi. ⁊. ff. de admini. tuto. l. j. §. sufficit. ⁊ hec est vera lectura huius. l. ⁊ est satis plana ⁊ bona ⁊ consonat littere. ⁊ ex ista littera colligetis vnum magistrale ad qd tota die allegamus magistraliter. l. istam ⁊ superficialiter intelligens diceret: ⁊ iuraret. qd de hoc nihil diceret. l. ista ⁊ tota die allegamus. l. istam ad vnum: in quo multū errant tabelliones: qui testes examinant. ⁊ illi qui sunt litterati sciunt se tueri: alij non ponamus ergo ꝙ procurator in testem super aliquo capitulo iuratus: depono dictū meuꝫ in fi. attestationis mee querit tabellio cōmisisti adulteriū. dico ego. quādo eris sacerdos recurram ad te. ⁊ accipiam penitentiaꝫ a te. ⁊ tunc dicam tibi si cōmisi adulterium. dicit tabellio ignarus iuris tu respondes mihi ꝙ sic dico ego scribe ad tuum sensum: qꝛ aliter non rn̄debo tibi: qꝛ casus est legis ꝙ non teneor respondere. dicit tabellio. vbi est. l. illa. dico ego testis C. qui legit. personā habēt stan. in iu. l. momētanee. vadit tabellio qui forte habet libros legales: vt multi habēt ⁊ videt l. istam. ⁊ videt sibi ꝙ nullaꝫ mentionem faciat de adulterio l. ista. vnde venit ⁊ dicit verū non est: qꝛ nullam mentionem facit. l. illa de adulterio. rn̄deo bene verū est. ꝙ non facit mētionem de adulterio. tn̄ illa. l. ħ dicit. si minor mouet possessorium iudiciuꝫ auctoritate tuto. vel cura. vel non latenter: nō poterit mouere questionē ꝓprietatis. similiter ⁊ si testis producit super vno. c. nō debet deponere sup alio: qꝛ testis debet deponere iuratus: nisi remitteret de volūtate partiū: vt. j. de testi. l. iusiurandi: dixi. vnde super vno articulo est iuratus

iuratus.super alijs non est iuratus:super illis non debet deponere:super quibus non est iuratus.similiter dicimus: ꝙ testes qui producuntur super possessorio iudicio:non debent interrogari super petitorio:quia si litigantes non possunt mouere latent iudicium:similiter nec testes debẽt posse ferre testimonium super proprietate. ⁊ ad hoc faciunt.ll. dicentes ꝙ si vnum capitulum deducitur in iudicio ⁊ sup eo producuntur testes:⁊ dicunt super alio capitulo:nõ vz: eo ꝙ vltra dictum est:quia non potest quis vti eo qd in iudicio deductum non sit:vt est ar.ff.de peti.here.l. siquis liber.in fi. Preterea si cepi te conuenire condi. furtiua tanquã furis heredem:⁊ in ꝓcessu cause volo te probare furẽ esse:hoc facere non possum:vt.ff.de iure pa.l.si duo patroni.§.idem iul.scribit.⁊ ita ex.l.ista.⁊ ex similibus colligitur ar.ꝙ testes producentes debent dare intentionem suã sup quo velint producere testes:vt si postea testes depõant sup alio capitulo:non audiantur nec valeat dictum eorum:nec respondere teneantur super alio capitulo:⁊ ita determinantur quottidie questiones:que super h cõtingunt quottidie de facto per.l.istam cum suis similibus. Item not.ꝙ regulariter minor sine tutore vel curatore non est in iudicio:⁊ ad istam regulam accedat qd legitur.s.e.l.j.⁊.ij.⁊.s.si adver.rem.iudi.l.cuz ⁊ minores.⁊.j.de auc.prestan.l.clarum. sed ista regula fallit in possessorio iudicio:vt habetis hic.⁊ est ratio specialitatis:cur minor litigat i possessorio iudicio sine tutore vel curatore:quia aut lucratur:⁊ hoc sibi vtile: vt.ff.de rei vendi.l.is qui.aut perdit:⁊ tũc modicuz est damnum:vt.j.si de momen.posses.l.j. Item fallit cum minor impetrauit veniam etatis:quia tunc habetur pro maiore:vt.s. de his qui ve.eta. impe.l.j.⁊.l.ij. Item fallit in interdicto de libero homie exhi.fauore libertatis.ff.de libero homine exhi.l.qd ait.l.§.hoc interdictum. Item not.ꝙ licet minor possit in iudicio possessorio interesse: petitorium iudicium non mouet sine tutore vel curatore.⁊ hoc ideo quia si succũberet:destitutus esset omni auxilio ꝙ non est in possessiõe: vt.ff de iudicijs.l.inter litigantes.⁊.ff.de acqui. pos.l.exitus. ¶ Legitur ⁊ secũdo modo lex ista vt ponat tres casus: sed variatio est in hoc:qꝛ ſm primam lecturã intelligit̃:cum quis minor vult mouere possessoriũ iudicium suo nomine: licet conuentus opponat petitoriũ non potest minor super petitorio sine tutore vel curatore recõueniri. Sed ſm secũdam lecturaz intelligit̃ cum quis mouet possessoriũ iudiciũ suo vel alieno nomine. vnde dicitur in.l.ista ꝙ actio momẽtarie possess.potest moueri per quãcunqz personam suo vel alieno nomine litigantem:⁊ h est primus casus. ¶ Secundus casus est talis. Si minor litigat super petitorio iudicio suo nomine:vel alieno nomine:nõ poterit aduersarius mouere petitorium. ¶ Tertius casus est : si minor mouit poss. suo vel alieno nomine:⁊ vicit nõ debz ipse conueniri super petitorio sine tutore vl' curatore.sed tutore auctore ipse debet conueniri vel tutor vel curator eius: ⁊ ſm istam lecturã expone litteram sic. Tex. momẽtanee posses.actio. exponatis:vt.s. Tex.exerceri potest.sub.agendo. Tex.per quãcũqz personam. sub. suo nomine siue alieno velit experiri. Tex. alteri idest ei cuius nomine mouet possessionez. Tex.vel alteri idest suo aduersario. Tex.circa minorem.sub.qꝛ mouebat possessorium iudicium suo vel alieno nomine. vnde ista lectura differt a prima:qꝛ ſm istam lecturã lex ista intelligit̃ cuz quis minor ⁊c.vt.s.dixi. Sed ista lectura non est bona: qꝛ non debet minor posse mouere possessoriũ iudiciuz alieno nomine:⁊ qꝛ non requirit̃ tutoris vel curatoris auctoritas si conueniat̃ de proprietate alieno nomine:vt.j.plene videbitis. ¶ Legitur ⁊.l.ista tertio modo: vt ponat duos casus tm̃. Et primus durat vsqz ibi. Tex. sub colore aũt. ⁊c.⁊ ibi incipit scđs casus:⁊ durat vsqz ibi.nihil ⁊c.⁊ ille versiculus nihil cõuenit ad terminationẽ secũdi casus. Et primus casus non mutatur:secundus sic. ⁊ dicetis sic. si minor egit de possessione ⁊ obtinuit.si vellet mouere petitoriũ iudiciũ: vel aduersarius eius vellet eũ recõuenire petitorio iudicio: h non licet:⁊ maxime cuz possessoriũ iudicium fuit initiatũ sine tutore immo qd plus est si aduersarius reconueniret minorem de proprietate nihil prodesset ei cum ꝯuenit non legittimam personam:cum deberet conuenire tutorem vel curatorem minoris vel ipsum minorem auctoritate tutoris vel curatoris. ⁊ ſm istam lecturam exponetis ita litteram. Tex.adipiscende idest adepte:qꝛ minor vicit in possessorio iudicio. Tex.alteri.i.minori. Tex.iurgium scz possessionis. Tex.nihil autẽ.⁊c.modo illud nihil clarificat qd dixi.bñ dico ꝙ minor non põt conueniri de proprietate:qꝛ si conueniretur nihil prodesset aduersario minoris. sz hec lectura nõ placet.tum qꝛ est contra significationẽ vocabuli: dum exponitur sub colore autẽ adipiscẽde possessionis.l.adepte. tum qꝛ ista lex declarat satis aperte:ꝙ sint tria dicta in.l.ista.

¶ Or modo circa.l.istam alia sunt vidẽda ⁊ indaganda:⁊ aduertatis h:qꝛ sunt vtilia in foro ecclesiastico.lex ista dicit ꝙ actio momẽtanee possessionis potest exerceri p quãcũqz personam. Sed quero hic: que sunt auxilia momentanee possessionis.Et certe sunt omnia: quibus mouetur possessorium iudicium.siue moueatur possessorium iudicium interdictis vel actionibus siue iudicis officio. Unde de singulis per ordinẽ videamus.Et mouetur possessorium iudicium interdictis:qꝛ quedam interdicta sunt adipiscẽde possessionis:quedam retinẽde:quedam recuperande. Interdicta adipiscẽde possessionis sunt interdictum quorum bonorum ⁊ quorum legatorum qꝛ dantur gratia adipiscẽde possessionis:vt insti.de interdictis.§.adipiscende.ff.quoruz le. l.j.⁊.ff.quorum bonorum.l.j. Item vt est bñficium constitutionis surrogatum in loco diui adria.vt.j.de interdicto diui adria.tol.l.vlti. Item interdicta retinende possessionis sunt.vti possidetis in rebus immobilibus.vtrobi.in rebus mobilibus:vt insti.de interdictis.§.retinẽde.⁊.j.vti possi.l. j.⁊.j.vtrobi.l.j. Item interdicta recuperande possessionis sunt:vt interdictum vnde vi.vt instit.de interdictis.§. recuperande.⁊.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j. Nec ob.qd videtur ꝙ interdictum vnde vi sit petitorium.j.vnde vi.l.siquis in tantam.qꝛ differentia est inter interdictum vnde vi.⁊ consti.ex.l.illa.si quis in tãtam.qꝛ illa lex continet possessionem ⁊ proprietatem.vñ si deiecisti me de possessione quam possidebam peto conditiõe ex.l.illa.si dominus es:vt restituas.⁊ vt possessio mihi adiudicetur. Si non es dominus.peto possessionez ⁊ tantundem de tuo amittis vt ibi dicitur.vnde cõstitutio illa est mixta pro parte petitorium:vt insti.vi bonorum rap.§.sz qꝛ.vbi agitur interdicto vñ vi directo vel vtili mere est possessorium iudiciuz. Sunt alique actiones possessio.iudicia. vt est actio in factum: que datur loco cuiuslibet interdicti. duz proponitur loco interdicti retinẽde possessionis: vt insti.de interdictis in fi.⁊.j.de act.emp.⁊ vẽdi.l.vlti.⁊.j.vnde vi.l.vlti. Item cõditio indebiti est possessorium iudicium ⁊ interdictum petitorium. verbigratia.si ego nũmos meos soluo tibi indebite.tũc est petitoriuz iudiciuz cõditio indebiti:qꝛ cõuenio te:vt totidem nũmos mihi des. sed si soluo tibi alienos nũmos indebite:nõ ago cõdit̃.indebiti:vt totidem nũmos mihi des.sed ago cõditione indebiti: vt possessionem illorum nũmorum mihi reddas. ⁊ hoc casu conditio indebiti est possessorium iudicium.vt.ff.de cõdi.inde.l. indebiti.§.sz ⁊ si nũmi. Item conditio triticaria est possessorium iudicium. ⁊ interdictum petitorium: puta si subtrahis mihi codicẽ meum furtiue:habeo conditionem furtiuã ad codicẽ meũ:qꝛ soli domino dat̃:vt.ff.de cõdi.fur.l.j.sz si tu subtrahis mihi codicẽ alienum quẽ bonafide possidebã: non habeo cõdit̃.furtiuã ad codicem.qꝛ nõ sum dominus: sed ago cõditione triticaria:vt possessionem illius codicis mihi restituas.vt.ff.de cõdi.triti.l.ij. Item actio locati vel conditio ex.l.interdũ est possessoriũ iudiciuz. Si enim loco tibi rẽ aliquam:quã meam puto:⁊ finito tẽpore ꝯductionis dico redde rẽ cõductã.dicis tu nõ faciaz:qꝛ mea est. Certe actione ex locato teneris reddere possessionẽ quã habebaz vel teneris cõdit̃.ex.l.illa.j.lo.⁊ cõ.l.siquis cõductionis titulo. Item conditio ex.l.est possessorium iudicium in alio casu tali.⁊ istum casum vos scholares aduertatis:qꝛ multũ tangit vos.ecce seruiẽs scholaris qñ scholaris est in scholis.accipit librũ scholaris ⁊ portat eũ ad aliquẽ feneratorẽ. ⁊ obligat eũ pignori:pignoratẽ scholari si forte scholaris ñ possz ꝓbare de dñio vl' ð titulo:qꝛ nõ fecit fieri istr̃m.sz ipse

bene potest probare de possessione quomodo possedit. certe si possideo rez aliquā animo meo ⁊ corpore filij mei vel serui mei. ⁊ trado ei vt vnū faciat ⁊ aliud facit. si tradit alij possessionem: mihi nō preiudicat. vñ potero reuocare possessionem illius rei condic. ex. l. illa ex libris: vt. ĵ. de acquir. poss. ⁊. ĵ. si alie. res pig. data sit. l. vlti. ⁊. ĵ. de agrico. ⁊ cē. l. per colonum. Item iudicis officium interdū est possessoriuz iudicium: puta si titius instituit me heredem in testamento non abolito vel cancellato in aliqua parte sui. ⁊ venio ad iudicē ⁊ dico. dñe iudex: ecce testamentū non abolitū non cancellatum in aliqua parte sui: in quo continet̄: ꝙ titius instituit me heredem: volo ꝙ inducatis me in possessionē bonorum: que fuerūt tēpore mortis defuncti. Si nō extitit legittimus contradictor: vel extitit: si reperietur ꝙ habeo potiora iura: mittar in possessionez bonoꝝ que fuerunt defuncti tempore mortis: vt. ĵ. de edicto diui adri. tol. l. vlti. Uel pōt dici ꝙ ibi habet locū conditio ex. l. illa. vt ibi dixi. Itez iudicis officiū est possessoriū in alio exemplo. seruus meus vel a me bona fide possessus fugit a me ⁊ transfulat se ad longinquas partes. cepi scire: ꝙ seruus meus degebat in tali loco. vnde iui ad locuz illum ⁊ cepi dicere illi apud quem degebat. iste est seruus meus. dicebat seruus mihi: fatuus est iste: qꝛ nunꝗ̄ vidi eum. dicebat ille apud quē degebat eamus ad iudicez. ⁊ si erat tuus reddam tibi. ego non poteram probare de dominio. sed dico iudici. domine: faciatis mihi restitui possessionem quā ante habebā. qꝛ vobis sum paratus facere fidē quomodo possidebam eum ⁊ quomodo fugit ipse a me. hoc probato: iudicis officio restituet̄ mihi possessio. ⁊ idem est in alijs animalib⁹. ⁊ h̄ expedit scire militibus quādo aufugiūt sibi falcones vel equi vel canes. qꝛ in talibus ꝓbare semper de ꝓprietate non est leue. vñ ego miles debeo venire ad iudicem ⁊ dicere. domine volo probare quomodo possidebaz eum anteꝗ̄ mihi aufugeret. vt meum falconem vel equum vel canem. ⁊ h̄ omnia probamus per. l. illam. ĵ. de agri. ⁊ cē. l. si coloni. ⁊ hec est vera scilicet ꝙ iudicis officio recuperez possessionē. qꝛ licet natura actionis ciuilis est vt aliquid detur vel fiat: vt insti. de act̄. §. appellamus. tamen iudicis officium est ita largum vt per eum restituatur possessio. ¶ Or segnori vidimus que dicantur auxilia momētarie possessionis: modo videamus quare auxilia possessoria dicātur momentaria siue momētanea. Ad istud vos ita dicetis. iudicia possessoria dicunt̄ momentaria: qꝛ eorum victoria est habilis ad durandū per momētum non perpetuo. qꝛ si ego hodie vinco in possessione ⁊ tu cras in proprietate poteris obtinere ⁊ me vincere. nā questio ꝓprietatis absorbet questionem possessionis: vt. ff. de acqui. posse. l. j. §. j. Alij dixerunt: ꝙ auxilia possessoria dicuntur momētaria siue momētanea: qꝛ possessio momento acquirit̄: momento amittit. sed istud nihil est dicere: qꝛ primum est falsum: qꝛ possessio non sine corpore acquirit̄: vt. ff. de acquir poss. l. liceat. ⁊. l. possideri. scdʒ est verū: qꝛ possessio amittitur momēto idest solo animo: vt in preal. l. possideri. §. in amittēda. ⁊ idem posset dici in dominio: qꝛ momēto acquirit̄ scilicet per traditionem: vt s̄. de pac. l. traditionibus. ⁊ instit. de re. diui. §. per traditionem. Item idē posset dici in dominio: qꝛ momento amittit̄: vt. ff. pro derelicto. l. j. ⁊ per totum. Unde dicetis vt prius dixi: ⁊ hec est differentia inter possessorium ⁊ petitorium: quia victoria petitorij iudicij est perpetua. nam si conuenio te rei vendi. ⁊ probo me dominum: ⁊ condemnaris mihi ⁊ non appellas: ista victoria est perpetua: quia non poteris a me aduocare nisi ex noua causa: puta si tibi alienem vel donem vel legem: vel ex alia causa in te transferam. verumtamen non nego quin victoria possessionis non sit perpetua interdum: puta si vinco te in possessione: ⁊ tu non euincis a me in proprietate: quia non habes aliquod ius: sed ego habeo plenum ius. vnde dico ꝙ iudicia possessoria dicuntur momentaria aptitudine: sed non actu. ⁊ interduz dicuntur momentaria aptitudine ⁊ actu. ⁊ dicuntur momentaria possessoria aptitudine ⁊ actu: si vinco te hodie in possessorio ⁊ tu cras vincis me in petitorio: vt infra si de moment. possess. ⁊ in rubro ⁊ in nigro. Aliquando tamen dicuntur possessoria iudicia momentaria aptitudine ⁊ non actu. vt si vinco te in poss. ⁊ tu non vincis me in proprietate: quia habeo plenū ius. ⁊ tu non habes aliqd̄ ius. sic ⁊ al's dicimus: homo dicitur risibilis aptitudine sed non actu. Aptitudine ⁊ non actu dicitur homo risibilis: qꝛ aptus est ad ridēdum: sed nō semper ridet. Dicit̄ homo risibilis aptitudine ⁊ actu quādo ridet. Sic dicimus al's act̄. l. aquil. est penalis aptitudine ⁊ actu: qꝛ contra negantē datur in duplum: vel si inuenitur in seruo vulnerato retro pluris fuisse. sʒ vbi in act̄. l. aquil. non inuenitur in vulnerato retro fuisse pluris ꝗ̄ tempore damni: vel fatetur damnum: non est penalis actio. l. aquil. aptitudine ⁊ actu: sed aptitudine tantuz: vt probat̄. ff. ad. l. aquil. l. ij. ⁊. l. ait. ⁊. l. si seruus. §. iij. ⁊ instit̄. ad. l. aquil. §. his verbis. Simile dicitur in matrimonio: qꝛ matrimonium est viri ⁊ mulieris coniunctio indiuiduam consuetudinem vite retinens: vt insti. de pa. pote. in princi. tamen interdum dissoluitur: vt. ĵ. de repu. l. consensu. simile dicimus in iusticia: vt insti. ⁊. ff. de iusti. ⁊ iure. in princi. ¶ Or segnori restat videre qd̄ dicatur possessoriū iudicium ⁊ qd̄ petitorium. Et certe possessoriū iudicium dicitur ibi vbi litigo gratia possessionis nō proprietatis: puta si conuenio te interdicto vñ vi: qꝛ deiecisti me de possessione fundi quem possidebam sit meus vel non. vnde quia deiecisti me: peto mihi restitui possessionem: vt. ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. deijcitur. Idez est in interdicto vti possidetis: puta si conuenio te ⁊ dico qd̄ possideo talez funduz ⁊ turbas me in posses. illius fundi: peto te cōdemnari vt non turbes me: ⁊ qꝛ turbasti me: peto te puniri. ⁊ h̄ gratia possessionis proponitur: vt. ff. vti possi. l. j. in prin. Item in beneficio cōstitutionis surrogate in locum interdicti diui adria. qꝛ dico sic: qꝛ sum scriptus heres talis: vñ dico me heredem: peto adipisci bonorum possessionem que defuncti fuerunt tempore mortis: vt. ĵ. de edicto diui adria. tol. vnde dicitur possessoriū quando de possessione queritur non de proprietate. Dicitur petitoriū iudiciuz vel queritur de dominio: qꝛ dico sic. peto talem fundum: dicens ad me pertinere ratione dominij vel quasi: vt. ff. de rei vendica. l. in rez actio. Et publiciana datur ei qui emit a non domino: vt ff. de pub. l. j. ⁊. ij. in petitione hereditatis: qꝛ vt heres idest dominus petet restitui: vt insti. de here. quali. ⁊ diffe. in pri. ¶ Sed denuo quero: hic dicitur ꝙ momentarie possessionis actio per quācunꝗ̄ personam potest exerceri ex posui siue per liberam siue per seruam. qd̄ dictum est de serua: est verum quocunꝗ̄ casu? Dixerunt quidam ꝙ sic. argu. huius l. que loquitur generaliter: generaliter debet intelligi: vt. ff. de le. pre. l. j. §. generaliter. sed verius est vt dicamus qd̄ de serua dicitur habere locum domino absente: ⁊ cum litigat de possessione per vim turbata recuperanda vel retinenda: ⁊ pro hoc est lex expressa. ĵ. si per vim vel alio modo. l. j. non dicitur habere locum cuz seruus litigat de possessione adipiscēda: quia seruus in iudicio regulariter esse non potest: vt. s̄. de iudicijs. l. seruus. ⁊. ĵ. de rei vendi. l. seruuz. ¶ Sed denuo quero. hic dicitur ꝙ momentanee possessionis actio per quācunꝗ̄ personam potest exerceri siue minorem siue maiorem siue tutorem siue curatorem. est ne hoc verum siue recuperanda siue adipiscenda siue retinenda? Ad quod dixerunt quidam: idem qd̄ in seruo supra diximus scilicet qd̄ de recuperanda ⁊ retinenda habet locuz. l. ista: non de adipiscenda: quia non minor est virtus ꝗ̄ querere parta tueri. Et h̄ ad instar serui: vt. ĵ. si per vim vel alio modo. l. si. Sed nos dicimus aliter: ⁊ dicimus ꝙ istud verum est: qd̄ minor potest agere siue mouere interdictum momentanee possessionis recuperande ⁊ retinende ⁊ adipiscende: ⁊ hoc declarat secundus casus huius legis sub colore autez adipiscēde possessionis ⁊c̄. Item quia hec lex generaliter loquitur: vnde ⁊ nos generaliter debemus intelligere: vt in prealle. ga. l. ff. de legat. pres. l. j. §. ⁊ generaliter. Non obstat si per vim vel alio modo. l. vltima. quia aliud est in seruo ⁊ aliud est in minore: quia minor est liber: ⁊ minor efficitur legittimus cum litigat ad suum commodum: sed seruus est inhabilis ad agendum ⁊ non litigat sibi sed domino: quia ipse idez non est suus: vt. ff. de acquiren. posses. l. homo liber. §. quicquid. Item qꝛ seruus non habet bona: sicut nec liber habʒ peculiuz: vt. ff. de verboꝝ significatione. l. liber homo. sʒ minor

sed minor habet bona: ⁊ ideo minor merito potest mouere iudicium adipiscende possessionis ⁊ retinende ⁊ recuperande. ¶ Sed denuo quero: cum minor litigat de momentaria possessione iurabit minor de calūnia? Dixerunt quidam ꝙ non vt.s.de iureiur.ca.l.ij.§.qd obseruari. Sed verius est vt dicamus: ꝙ cum ipse experiatur ⁊ admittatur tanquam maior ꝙ iuret de calūnia.quia dum ei a lege conceditur ꝙ experiatur: ⁊ id videtur concessum: sine quo h explicari nō posset: vt.ff.de procu.l.ad rem.⁊.l.illa.ij.de iureiurando calumnie est intelligenda in petitorijs iudicijs ⁊ in illis casibus in quibus non potest esse minor in iudicio sine tutore vel curatore. ¶ Sed denuo quero. est ne istud veruz ꝙ possessorium iudiciuz moueat minor siue agat suo nomine siue alieno? Dixerunt quidam ꝙ sic: ex generalitate principij huius.l. Item pro eis inducunt qd dicimus in seruo.⁊ ita intellexerunt.l.istam siue suo nomine siue alieno agat. Sed certe dicimus: ꝙ minor mouet possessorium iudicium suo nomine non alieno: quia expedit minoribus litibus ⁊ sumptib⁹ non vexari: vt.ff.de minorib⁹.l.minorib⁹. Itē qr hec.l. lʒ principium sit generale: restringitur in fi. Item quia in fi. dicitur ꝙ si minor reconuenitur de proprietate: non potest reconueniri sine tutore: vnde apparet ꝙ suo nomine reconueniebatur. Tamē hic nō admitto vnum qd hic dicit: ꝙ minor potest mouere possessorium iudicium: ⁊ sic agit. sed nūquid si minor cōueniat iudicio possessorio pōt ipse rñdere sine tutore? Dixerūt quidā ꝙ nō: dicentes ꝙ actio momentaria possessionis pōt exerceri per minorē: nō aūt cōtra euz pōt rñdere. ⁊ sic intelligūt scdʒ casum ⁊ vltimū huius.l. ⁊ qr littera istius.l.dicit momentarie possessiōis actio. ⁊ sub vbo actionis non continetur ⁊c.vt.ff.de ver.sig.l.verbū.§.actionis. Sed ⁊ ipsi male dixerūt qr si pōt mouere agēdo qd est plus multo maius pōt rñdere qd est minus: qr cui dam⁹ ⁊c. vt.ff.de supfici.l.j.in fi.⁊.ff.de re.iur.l.mutus.§.cui damus. ⁊ qr fauorabilior est cā rñdendi q̄ȝ agendi: vt.ff.de act.⁊ ob. l.arrianus.⁊.ff.de reg.iur.l.fauorabiliores. ⁊ scds casus huius.l.⁊ tertius nō faciūt in ꝯtra.qr loquūtur in petitorio iudicio. ¶ Sed denuo quero.sup.l.ista minor litigauit agēdo vel respondēdo in iudicio momētarie possessionis contrariam sentētiam reportauit: potest ipse petere restitutionē contra sententiā latam contra se in possessorio iudicio? hec questio fuit de facto boñ.⁊ ex vna pte fuit dominus Azo.⁊ Hugolinus ⁊ Bagarotus. ⁊ ex alia parte fuit dñs Bandinus ⁊ dominus Ja.bal. ⁊ quilibet palam in scholis suis siue in auditorio suo iactabat se obtinuisse in questione ista ⁊ fuit ista questio inter quādam dominā que dicebat ꝙ maritus suus instituerat eam heredem: vñ agebat contra consanguineos mariti sui: qui erant minores possessorio iudicio. ⁊ minores in possessorio iudicio succubuerūt: vnde minores dicebant se lesos ⁊ petebant se in integrū restitui. ⁊ dñs Bandinus ⁊ Ja.bal.qui fouebant partem domine allegabant quattuor rationibus minores qui succubuerunt in causa momentarie posses.non posse restitui nec debere.

¶ Primo qr minor admittitur ad litigandum in possessorio iudicio vt quilibet maior: vt patet ex.l.ista. vnde sicut si maior litigat ⁊ succubuit: non debet posse restitui: quia non datur maioribuʒ restitutio in integrum ex edicto de minoribus: vt.ff.de minoribus.l.deniqȝ.§.sed vtrum. ¶ Item h probabant secundam rationē ⁊ tali. ista duo sunt paria scilicet restitutio ⁊ appellatio. ⁊.l.dicit quid prestat siue affert appellatio maioribus ⁊ restitutio minoribus: vt.ff.de minoribus.l.preses prouincie. sed maior non potest appellare a sententia lata contra se in possessorio iudicio: vt.j.si de momen.posses.fu.app.l.vnica. igitur minor non debet restitui posse: quia etiam lesus non appellat. ⁊ est ratio quare non appellatur a possessorio iudicio: quia in petitorio iudicio remanet omne ius saluum perdenti in posses. vt in preallega.l.j.si de mo.poss.fuit ap.l.minor.vnde quia minor habet commune auxilium scilicet petitorium: non debet posse restitui: vt.ff.de minoribus.l.in cause.in prin. ¶ Item h probabat ipse tertia ratione tali. si minor in possessorio iudicio admittitur vt maior: si succumbat ⁊ postea possit restitui: iam deciperetur qui litigauit cuʒ eo auctoritate huius.l.qd esse non debet: qr quis legali auctoritate non debet decipi. vt.s. de his qui ve.eta impet.l.j. Item h probabat ipse ⁊ quarta ratione.minor qui litigauit in possessorio iudicio si est dominus in petitorio ostendet de dominio ⁊ vincet: ergo non leditur.si non est dominus: similiter nō leditur.vnde minor non restituitur: si non ledatur: vel si modice ledatur.vt.ff. de minoribus.l.scio. Ex opposito allegabatur per dominum Azo.⁊ Hug.⁊ bagar: qui fouebant partem minoris: minorem posse ⁊ debere restitui contra sniam latam aduersus se in possessorio iudicio. ⁊ h talibus rationibus probabant. ecce enim verba edicti pretoris de minoribus sunt generalia.pretor ait ꝙ cum minore.xxv.ann.ac si aperte dicatur si equitas suadebit restitutionem dari: restituam.vt.ff.de minoribus.l.j.⁊ nemini venit in dubium: si minor in possessorio iudicio reportauit contra sentētiam qui restituitur: saltim lesus est sui facilitate. Item qr leges dicunt ꝙ minores restituūtur nedum aduersus damnum: immo aduersus lucra que omisernnt.vt.ff.de minoribus.l.ait pretor in fin.⁊.l. prefecti ptorio.merito ergo minor dʒ restitui aduersus sententiam contra se latam in possessorio iudicio: qr damnum patitur. Item ⁊ h probāt alia ratione qr leges sunt scripte ꝙ minor restituitur aduersus sententiam contra se latam.vt s.si aduer.rem iudi.l.j.⁊.ij.⁊ respondebat dominus Azo ⁊ Hug.⁊ Bagar.ad allegationes domini Ban.⁊ Ja.Bal. sic ⁊ dicebant.non ob.qd dicitur hic ꝙ minor admittitur in possessorio iudicio ad litigādum vt maior: ergo nō restituitur.nam h argumētatio nō valet: qr minor admittitur ad cōtrahēdum vt maior.vt.ff.de mino.l.ꝙ si minor.§.super. Itē minor carēs curatore cōtrahēs obligatur ciuiliter ⁊ naturaliter.vt.ff.de ver.obli.l.pubes.tamē lesus restituitur aduersus cōtractum.vt.s.si aduersus vendi.l.j.⁊.s.de in integ.restit.l.si curatorē. Itē minor admittitur ad litigādum auctoritate tutoris.vt.s.l.proxi.⁊ tamen restituitur si lesus fuerit. vt.s.si tutor vel cur.inf.l.etiam.⁊.l.etiam. Itē nō ob. ꝙ parificantur restitutio ⁊ appellatio: qr parificantur eo casu: quo casu potest appellari ⁊ restitui.qr sicut per appellationē extinguitur pronūciatum: sic ⁊ per restitutionē. verūtamē aliquando maior nō appellat: puta a snia prefecti pretorio.vt j.de snia prefecti pto.l.j.⁊ tamē minor restituitur aduersus sniam prefecti pto.vt.ff.de mino.l.pfecti.⁊ nob ob. ꝙ habet aliud auxilium: ergo nō restituitur.qr nō habʒ aliud auxiliū ad possessionē: sʒ ad ppriетatē. ⁊ diuersa sunt auxilia possessionis ⁊ pprietatis.vt.ff.de acqrē.pos.l.nāliter.§.nihil cōe. Itē nō ob.qd dī ꝙ qs deciperet auctoritate huius.l.q̄ admittit eū ad litigādū in possessorio iudicio. Item nō ob. ꝙ ledit in possessorio iudicio: qr hʒ saluū ius in petitorio. vel si ledit modice ledit.vñ nō restituit: qr non modice ledit sʒ multū leditur.qr lex dicit: maximum est cōmodum possessionis.⁊ si obscura sunt iura vtriusqȝ partis in dubio pronunciabit p possessore.vt insti.de interdictis.§.cōmodum.⁊.ff. de rei vēdi.l.is qui.⁊.j.de rei vēdi.l.vlti. ¶ Or segnori hec est veritas: ꝙ fuit litigatum: vt dixi: lʒ quilibet in auditorio suo diceret ꝙ obtinuisset: tamē neuter obtinuit: immo inter partes fuit trāsactū.ego tamē approbo opinionem domini Azo.s.ꝙ minor debeat restitui: qr interest potius possidere q̄ȝ petere.vt.s.dictū est. ⁊ qr minor restituitur aduersus sentētiam cōtra se latā.vt.ff.de mino.l.minor aūt magistratus.

¶ Ut nemo inuitus agere vel accusare cogatur.

¶ Or nemo inuitus agere vel accusare cogitur: ideo dicit rubrica vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.sub.dicat idest suadet iuris regula siue ratio.

Inuitus. In.l.ista ponit talis casus siue regula. quis potest agere vel accusare si vult: sed nemo inuitus agere vel accusare cogitur.hoc dicit ista lex. ¶ Or segnori idem quod dicit rubrica: dicit textus.vnde colligetis hic vnū magistrale: ad quod allegamus istam legem. a rubricis legalibus licet argumentari: ⁊ probant rubrice sicut nigrum: vt.C.vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.

⁊ licet superficialiter intelligenti non videretur hoc dicere lex ista: nos tamen probamus hoc modo. Si idem textus est in rubrica ⁊ in nigro: cur non ita probat nigrum vt rubrum ⁊ econtra? vnde sicut nigrum est scriptura publica ⁊ auctentica ⁊ ei standum est: ita rubrum. ⁊ ad hoc concor. s. ne quis in sua causa iudicet: nec ius sibi dicat. ⁊. j. ne fideiuss. vel mã. do. detur. ⁊ ad istud facit qd nos vidimus q rubricam prosequuntur commentatores nostri exponendo in nigro: vt. ff. si cer. peta. ¶ Sed dicet aliquis vestrum quare mouetur aliquis ad dubitandum: q non licet argumentari a rubricis? Respondeo istis rationibus: quia interdum plus inuenitur in rubrica q in nigro: vt. j. de religio. ⁊ sumpti. fune. l. vsu alee. Item aliquando plus inuenitur in nigro q in rubro: vt. j. etiam ob ci. pe. pig. reti. posse. Item potest dubitari alia ratione: quia inuenimus q nigrum factum fuit a Justiniano: vt. s. de veteri iure enu. l. j. sed de rubricis non constat nobis q Justinianus fecerit. tamen quia nos inuenimus qd textus dicit idem qd rubrica: ideo dicimus rubricas esse auctenticas. ¶ Or segnori vos habetis hic q nemo inuitus agere vel accusare cogitur. hec regula recipit determinationem talem. ne recipiat infinita contraria inuitus agere vel accu. nemo cogitur scilicet precise. quia aliquãdo cogitur causatiue: vt est exemplum in procuratore qui recipit mandatum: vt. j. mandati. l. a procuratore. ⁊. l. procuratorẽ. Item negociorum gestor: si est coniuncta persona tenetur exigere a debitoribus: non precise: sed accusatiue: vt. ff. de nego. ge. l. si pupilli. §. videamus. Item tutores vel curatores si non exegerunt a debitoribus pupilli vel adulti: tenẽtur non tamen precise coguntur: vt. j. de admini. tuto. l. debitoribus. ⁊. j. arbi. tuto. l. nomina. Item aliquãdo cogitur accusare inuitus causatiue: vt si heres non vindicat mortem defuncti: vt. j. de his quibus vt indig. l. j. Item hec regula debet intelligi q nemo tenetur agere vel accusare ab initio idest ante iudicium. secus postq ventum est ad iudiciũ. nam qui semel acc. proponit ⁊c. vt. j. quomodo ⁊ quando iudex. auc. qui semel. ⁊ hec regula est vera ex parte actoris vel accusatoris. sed quid ex parte rei? Certe dicimus q nemo cogitur aliquem defendere: vt. s. de procuratoribus. l. inuitus. Fallit tamen ex postfacto: quia procurator tenetur dominum defendere: vt. ff. de procurato. l. sed he persone. §. preter nã si dominus satisdedit per procuratorem: dominum tenetur defendere procurator: vt. ff. de procurato. l. filiusfami. in fi. ⁊. l. si defunctus. ¶ Ultimo formatur super. l. ista questio talis scholaris contraxit amicitiam cum leui persona. quia hoc est sagacitas scholaribus: quia cum leuibus personis contrahunt amicitias non cum magnis. leuis persona nititur scholarem excoriare. Aliquando tamen contingit q nõ potest scholaris per omnia placere leui persone: ⁊ denegat ei forte aliquid: vnde ille efficitur suus capitalis inimicus: nec loquitur secum: sed vbicunq inuenit seruientem suum dicit ei: adhuc vendicabo me de domino tuo. dicit seruiens: quã vindictam facies tu de eo? Uis vt tibi dicam. sic. vnde ego dico tibi quando habebit pedem pro in stipodio: faciã sequestrari omnia bona sua tanq mihi obligata: quomodo succurrit huic scholari? Certe vt vadat ad iudicem ⁊ dicat ei quomodo iste vult facere sequestrari omnes res suas i recessu suo. vnde placeat vobis mittere pro eo: vt petat a me aliquid: si vult. si non vult petere cogatis eum. dicit iudex: non debeo hoc facere de iure: quia dicit rubrica vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur. ⁊ idem dicit tex. ⁊ quia voluntatis est petere: vt. j. de pigno. l. creditor. Certe debet respõdere scholaris. nemo inuitus agere cogit. s. precise: sed propter malitiam suam artandam potestis ei assignare diem. j. quem si vult agere contra me agat: ⁊ postea non. Certe bonus iudex debet hoc facere. ⁊ ad hoc faciũt multe leges. j. de inge. ma. l. diffamari. ⁊. ff. qui. ex ca. ma. in inte. res. l. sed ⁊ si per pretorem. §. vl. ⁊. ff. de opt. le. l. mancipiorum. Odo.

¶ De ordine iudiciorum.

¶ Or de iudicijs de quibus in superioribus dictum est plerũq mouentur plures questiones: dicit rubrica de ordine iudiciorum. i. de diuersis qonibus in iudicijs ordinandis. ⁊ potest exponi qd dicit rubrica de ordine iudicio᷑. i. actionũ qualiter in iudicijs debeant ordinari. ⁊ sumitur hic iudiciũ pro actione: vt. ff. de iudicijs. l. in istis tribus. Uel põt exponi de ordine iudicio᷑. i. qonum: quia nomen iudicij hz varias significationes: vt dixi. s. de sacrosan. ec. l. j. Odo.

Adite presidẽ puĩcie. Segnori lex ista reputat valde difficilis q̃tum ad casum ⁊ lrãm. tamen si intelligatis casum ⁊ expositionẽ littere: cetera que dicã de facili intelligetis. Et lex ista ↄsueuit legi duobus modis sm Joã. ⁊ Azo. qui non potuissent tetigisse obscurius. vel tribus modis. Et primo ⁊ cõmuni modo legitur in petitorio iudicio: ⁊ huic lecture alludunt singula verba legis: sed infinite. ll. cõtradicunt. ¶ Legitur secũdo modo ⁊ tertio in possessorio iudicio. ⁊ huic lecture videtur littera repugnare in duobus locis. sed iste lecture non habent aliqua ↄtraria. Uos tamen ita ponetis casum sm Jo. ⁊ Azo. in petitorio iudicio ⁊ dicetis sic. Quidã fabius nomine fecit testamẽtum ⁊ extraneum heredem sibi instituit: ⁊ posthumum preterijt. mortuus est fabius. post mortem fabij natus est posthumus: cui dati sunt tutores a lege vel a iudice. isti tutores habent anniculũ in brachijs suis coram principe portauerũt: proponentes coram eo talem questionem. Domine imperator audiatis maximã iniquitatẽ. dominus fabius qui putabat bonus homo fecit testamentũ ⁊ extraneum sibi heredem instituit: ⁊ hunc posthumũ preterijt decessit fabius: ⁊ iste puer natus est ⁊ nos sumus sui tutores. iste puer nihil habet de bonis paternis. vnde videatis si hec est maxima iniquitas. ⁊ ceperũt flere corã eo: petẽtes ab eo quid facere deberẽt? Ad qd rñdet imperator non est locus fletui: sed adite presidẽ puincie vestre: ⁊ coram eo pponatis ea que coram me pposuistis. ⁊ dicatis testamẽtum fabij esse ruptum agnatiõe presentis posthumi. ⁊ cõtra heredes scriptos agatis petitorio iudicio. i. petitione hereditatis ⁊ indubitanter vincetis. Ad qd rñderunt tutores consilium vestrum salubre est. sed dubitamus de vno. q si agamus petitione hereditatis cõtra heredes: ipsi mouebũt isti puero questionem status ⁊ bono᷑: quia dicent eum seruũ ex ancilla natũ: vel eum nõ esse suum filium. ⁊ dicẽt q bona pertinẽt ad eos non ad istum puerũ. Et intelleximus q si ipsi moueant questionem status ⁊ bono᷑: q preses puincie non poterit cognoscere de qõne status sed differt in tempus pubertatis: ⁊ iste puer nihil hz vñ alatur. Ad qd rñdet imperator. verba ista non mouẽt rñsionem meam. vñ adite presidẽ prouincie ⁊ dicatis testamẽtum ruptum agnatione posthumi ⁊ agatis petitione hereditatis. ⁊ si illi moueant qõnem status ⁊ bonorum hẽbitis optatum. Si aũt mouent vobis qõnem status ⁊ bono᷑: tunc preses puincie debet examinare qõnem principalẽ ⁊ incidentẽ. s. qõnem status. ⁊ si expedit impuberi nõ differri: nõ differt in tempus pubertatis. nã tunc differtur: cũ expedit impuberi differri. sed quia non expedit pupillo differri nõ differtur. si ergo erit ordo cognoscendi: vt preses puincie cognoscat ⁊ examinet de qõne principali ⁊ incidẽti: sed ipse nõ pnũciabit sup vtraq: sed sup pncipali. ⁊ eoipso q pnũciabit vobis hereditatẽ restituendã pnũciabit eum filium fabij: ⁊ bona fabij ad istum pertinere: non ad scriptos heredes. hoc dicit ista. l. videte litteram. Tex. adite presidẽ puincie. sub. o vos tutores. nam tutoribus interrogantibus rñdet imperator: vt pz ex. l. subscriptione. Tex. ⁊ agatis petitorio iudicio. i. petitione hereditatis: dicẽdo ruptum testm̃ fabij agnatione posthumi. Item q dicit littera adite presidẽ puincie. sub. o tutores si vultis: quia non tenent adire precise sed causatiue: vt. s. titu. pxi. l. vnica dixi. vñ ista verba potius continẽt ad volũtatẽ q necessitatem. Simile s. de transac. l. age cũ geminiano. ⁊ sic impator hic dat ↄsilium. sicut ⁊ al's iurcõsultus: vt. ff. de rei ven. l. is qui destinauit. Tex. ⁊ ruptũ est testm̃ fabij agnatiõe presentis filij. docete. hec littera legitur duobus modis. ⁊ vno modo potestis ita punctuare q fabius vocabatur testator. tunc punctuetis ita ⁊ ruptum testamentũ faby. s. testatoris defuncti presentis: quia presens

presens est ille de quo questio est ad presens agnatione filij scz natiuitate qz agnatione posthumi rūpit testm̄.vt.j.de li. ⁊ post.p.l.j.docete.sub.o vos tutores. Uel legit hec lrā secūdo mō ⁊ ita ꝙ filius vocabat fabius ⁊ testator vocabat titius:⁊ tūc punctuetis ita lrām ⁊ ruptū eē testm̄ docete agnatione filij fabij pñtis:qz iste puer pñs erat corā principe. nā mos est laycoꝝ:qui lꝫ p maiori parte imperiti sint:tñ ⁊ oēs alios hoīes reputāt fatuos:vñ credebāt decipere imperatorē.⁊ dicebant poteremus euꝫ corām impatore:⁊ ploremus coram eo.forsan ipse dabit nobis bona que dicimus fuisse patris defuncti pueri.qḋ minime facere potuerunt. imo rñdet eis:adite pñdeꝫ ꝓuincie ⁊c̄. Tex.notionē eius.i.pñdis. Tex.status.sub.⁊ bonoꝛuꝫ vt indicat finis huius.l. vel statꝰ tātū. Sed quādo mouebāt qōnem status? Mouebāt dū dicebant iste puer nunꝗ̄ fuit filius fabij. vñ eius agnatione non est ruptū testamentū: ⁊ nos sumus heredes instituti: ⁊ non ipse.vñ in eo qḋ dicebant eum non esse filiū mouebant questionem status.in eo qḋ dicebant se heredes mouebant questionē bonoꝝ. Item mouebant questionē status in eo ꝙ dicebant eum natum ex ancilla:qz cum ancilla non pōt esse matrimonium:vt.j.de incest.⁊ inuti. nup.l.cum ancillis.vñ est seruus:qz filius sequitur cōditionem matris: vt.j.de rei vendi.l.partum. ⁊ seruus nō succedit: vt.j.cōmunia de suc. l.seruus.vel mouebant questionem bonoꝝ: qz dicebant:nō est ruptum testamentum agnatione posthumi:qz non est heres:sed nos sumus heredes:⁊ ita mouebant questionē status ⁊ bonorum tacite ⁊ expresse. Tex.cognoscere nō possit. sub.preses prouincie.alˀs cum expedit pupillo causam status in tēpus pubertatis differri: ⁊ hoc petit ipse impubes: vel eius tutor. si sibi expedit pupillo non differri : non differtur:vt in nostro casu dixi. Tex.iudicis idest presidis prouincie. Tex.qui de hereditate idest petitione hereditatis.⁊ ista littera probat quod agebatur petitorio iudicio. Tex.cognoscit.sub.inter scriptos heredes ⁊ tutores posthumi nati. Tex.questionem,scilicet status bonoꝛuꝫ. Tex.quoniam non de ea idest de questione status: sed pronunciabit super principali expresse.super incidenti non expresse: sed tacite. quia eoipso ꝙ pronunciabit hereditateꝫ restituendam pronunciabit filium esse fabij:⁊ bona ad eum pertinere non ad scriptos heredes:vt.j.de fi.instru.l.cum quidam.⁊.j.de ordi.cogni.l.ij.⁊ ħ lectura est plana ⁊ concor. cum littera.verumtamen ad eam signantur contraria infinita:⁊ statiꝫ quia littera videtur velle ꝙ si agatur contra scriptos heredes petitione hereditatis coram preside prouincie ⁊ obijciat questio status ⁊ bonorum incidenter ꝙ preses prouincie non cognoscat super questione status. Sed lex videtur contradicere ⁊ videtur velle qḋ preses prouincie cognoscit super questiōe statꝰ:vt.s̄.de pedaneis iudici.l.ij.in fi.⁊.j.ne de statu defuncto.post quinquenniuꝫ.⁊.l.si pater. ⁊.j.vbi de causa sta.agi oportet.l.nam dudum. Ad istud potest dici pluribus modis : vt plene dixi.s̄.de pedane. iudici.l.ij.in fin.⁊ ħ repete. ¶ Sed denuo super istam lecturam ad.l. istam opponitur:quia hec lectura videtur velle: si impubes vel eius tutores agūt petitione hereditatis:⁊ pupillo mouetur questio status ⁊ bonorum : qḋ preses prouincie cognoscat de questione status ⁊ bonorum:⁊ non differatur questio status in tempus pubertatis. Sed lex videtur velle contra scilicꝫ ꝙ si mouetur questio status ⁊ bonorum impuberi: ꝙ differatur questio status in tempus pubertatis:vt.j.ad car.l.j.⁊ ij.⁊.ff.ad car.l.iij.§.j.⁊.l.j.⁊ quasi per totum. Et ad solutionem horum contrariorum dicetis vno modo sic. Si impubes cui mouetur questio status ⁊ bonorum : agit petitione hereditatis pro vniuersitate vel rei vendica. de rebus singulis:si expedit impuberi differri questionem status in tēpus pubertatis:differtur:vt in legibus contrarijs. Si autē non expedit impuberi differri questionem status : non differtur.⁊ sic intelligitur lex ista. Et expedit differri questionem status impuberi in tempus pubertatis : quando omnes cognati ⁊ agnati resistunt sibi:quia verisimile est: ꝙ si veniret ad tempus pubertatis: ꝙ agnati qui resistunt ei assisterent sibi: vnde differtur : vt in.l.contra. Expedit autem impuberi non differri questioneꝫ status in tempus pubertatis.quia habet suas probationes in promptu de statu suo quas non est verisimile ꝙ habeat in tēpus pubertatis. Finge enim ꝙ viuit amita:que fuit presens natiuitati sue vel alij testes de quibus nō est verisimile ꝙ viuerent si questio differret in tempus pubertatis.certe tunc non differtur. vt.ff. ad carbo.l.iij.§.cause.⁊.§.due cause. Uel possunt solui alio modo ista ꝯtraria.si impubes agit petitorio: ⁊ petit differri in tempus pubertatis:differtur:vt in.l.contra.si nō petit nō differtur:qz in fauorē impuberis est introductum ꝙ differatur:vel nō differatur.vnde si petit non differri:nō differtur ne qḋ fauore ⁊c̄.vt.s̄.de le.⁊ consti.l.qḋ fauore. ¶ Sed denuo instatur ad.l.istam.⁊ videt:ꝙ si agit impubes petitorio ⁊ mouetur ei questio status:ꝙ nō differat:qz questio status est preiudicialis:vnde nō differtur.vt.j.de peti.here.l.liber necne. Breuis est rñsio.aliud est si impubes agit petitiōe hereditatis:⁊ ipsi impuberi mouet questio status:quo casu si expedit ei differri:differtur alˀs non.sed si agat petitiōe hereditatis:qz petit hereditateꝫ titij:qz dicit ei se succedē debere ab itestato ⁊ obijcitur ei:ticius fuit seruus:hic nō mouetur questio status impuberi: sed ipsi testatori.⁊ tunc illa questio status: non differtur :vt in.l.contra.⁊ ħ si agitur petitorio iudicio. secus si agitur possessorio:qz tunc non differtur:qz tale vicium non impedit missionem.vt.j.de edicto diui adria.tollē.l.vlti. ¶ Sed denuo ad.l.istam opponitur sic.lex dicit ꝙ si moueatur petitorium iudicium:tamen differtur questio status.vt.ff.ad carbo.l.iij.§.missuꝫ. Ad quod potest dici. aut impubes agit petitorio iudicio contra heredes scriptos possidentes bona: ⁊ tunc non differtur questio status vt hic. sed si heredes scripti agunt petitione hereditatis contra impuberem:tunc differtur questio status: vt in.l.contra.⁊.ff.ad carbo.l.iij.§.siquis.⁊.§.si duo. Si dicat aliquis: que est ratio diuersitatis? Respondeo ratio est in promptu fauor ⁊ vtilitas pupilli. quando pupillus petit non expedit ei differri. sed vbi possidet bona: expedit ei differri. ¶ Sed contra hanc rationem videtur esse quedaꝫ l.que dicit: ꝙ etiam si impubes agit : differtur questio status.vt.ff.ad carb.l. penultima. Ad quod potest dici tribus modis. Et primo modo clare pupillo agente differtur questio status si pretendat ꝙ ei expedit. vel si petit ħ ipse pupillus vel eius tutor: alˀs non vt hic dicitur. Uel potest dici aut est questio inter puberem ⁊ scriptos heredes:ipso impubere agente ⁊ petente ħ non differtur vt hic. aut est questio inter puberem ⁊ possidentes bona: ⁊ tunc differtur vt ibi. Uel potest dici si impubes agit contra scriptos heredes: non differtur questio status in tempus pubertatis vt ħ. Si autem agit contra debitores hereditarios:tūc differtur vt ibi. ¶ Dicet aliquis vestrum:quomodo agit contra debitores hereditarios? posset esse: ꝙ petijsset carboñ. bono.possessio.⁊ satisdedit:⁊ ita missus est in possessionem. vt.ff.ad carboñ.l.sed ⁊ si.l.j.§.j.⁊.§.quotiens. ¶ Legitur ⁊ secundo modo ista lex in possessorio iudicio: ⁊ tunc nullum habet contrarium: sed littera discordat ⁊ ponetis ita casum. venerunt tutores coram principe dicentes: domine imperator quidam fabius nomine extraneos sibi instituit heredes : ⁊ posthumum preterijt. hic posthumus natus est:⁊ hic est:quomodo subuenitur ei? Ad quod respōdet imperator:adite presidem prouincie ⁊ doceatis esse ruptum testamentum fabij agnatione posthumi. ⁊ moueatis possessorium iudicium idest pietatis carboñ. bonorum possessio.idest vos induci in bonorum possessio.⁊ si ipsi mouent questionem status ei ⁊ bonorum: differtur questio status in tempus pubertatis : ⁊ hoc casu preses prouincie non cognoscit de causa status. Quid ergo faciet preses prouincie? Respondit imperator cognoscet summatim de carboñ.bonoruꝫ posses.sit danda vel non.⁊ cognoscet summatim:sit filius vel non.verūtamen si erit aliquod adminiculum:ꝙ sit filius:mittet vos in possessio.bono.si in euidēti erit:ꝙ nō esset filius: non mittet vos. non tamē ꝓnūciabit super vtraqꝫ:sed super principali ⁊ super carboñ.possessio. bono. Et ꝫm ħ exponitur ita littera adite presidem ꝓuincie. sub.o vos tutores ⁊ moueatis possessorium iudicium. sed si possidentur bona ⁊ petendo carboñ. bonorum possessio.

ſeruitus conſtituta ⁊ vincam. ⁊ ita dum volumus decipe/re ruſticos ⁊ laycos facimus ita. per prediū tuum duco ve hiculum tempore meſſium: ⁊ adhibeo ſemper teſtes qui vi/dent qualiter bis vel ter duco in anno. ⁊ hoc facio decennio elapſo tempore venio ad ruſticum ⁊ dico ei. habeo ſeruitu/tem vehiculi ducendi per predium tuum. iſte ruſticus inci/pit vociferare ⁊ dicit: in perpetuo non ſuſtinebo te ire niſi per punctum rationis. dico placet mihi. vado ⁊ formo peti/tionem meam taliter. ago contra titium dicens ꝙ ipſe con/ſtituit mihi ſeruitutem vie in fundo ſuo ad fundum meum talem ex cauſa venditionis: ⁊ quia non patitur me vti peto vt patientiam preſtet in futurum: ⁊ caueat de non prohiben do vti ⁊ per ſententiam declaretur vtrum habeam ſeruitu/tem vel non. Ad quod propono confeſſoriam actionem. ru/ſticus accipit libellum ⁊ facit eum ſibi legi ⁊ dicit. dicitis vos ꝙ vobis conſtitui ſeruitutem ex cauſa venditionis. di/co ego ſic. Unde dicit ruſticus nolo amplius ſuper iſto li/bello cogitare: qꝛ non conſtitui. volo litem conteſta. probo ꝙ vſus ſum decennio. ruſticus dicit: vos non probaſtis ali/quid: quia ꝓbaui probaſtis cōſtitutam ſeruitutem. dico ego: immo aliquid: qꝛ non probaui diuturnum vſum. vnde preſu mitur ex quo paſſus es me vti tanto tempore ꝙ ſeruitus eſt conſtituta ex ea cauſa que eſt in libello inſerta: vt argu. ff. ſi ſeruitus vendi. l. ſi quis diuturno. ⁊ argumē. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. vlti. ⁊. l. in ſumma. ⁊ argu. ff. de in rem ver. l. cum de in rem verſo. Et iſtā ſubtilitatē inuenit dominus meus. tamen hoc non eſt bonum facere niſi vrgentiſſima ratio ſua/deat. verumtamen ſi poſſet ꝓbari de malafide petitoris iſta ſubtilitas non haberet locum: quia ſi poſſideo malafide non valet: vt. ff. quemadmodum ſeruitus amit. l. vlti. ſed in du/bio preſumitur bonafides niſi contra probetur. vt. j. de eui/ctio. l. penulti. ſed ſi non allegarem ſeruitutem mihi conſti/tutam: ſed vſum ⁊ probarem me vſum decennio ſuccumbe/rem: quia tales ſeruitutes non queruntur niſi tanto tempo/re cuius non extat memoria: vt. s. dixi: ⁊ quia tempus non eſt modus tollende vel inducende ob. vt. ff. de actio. ⁊ obli. l. obligationum fere. §. placet. Modo circa. l. iſtam volo vl/tra procedere ⁊ volo hic adaptare vnum ꝙ Azo tetigit. j. l. proxi. ſed non poſſum videre ꝙ ibi poſſit adaptari: ſed hic ſic. nam ipſe format ibi vnam queſtionem talem. querit iſte quāto tempore tollitur negatoria actio. ſed non eſt ita proce dendum: ſed ſic dixi ꝙ ſeruitus que habet cauſam interpel/latam ⁊ naturalem: non queritur longo tempore ſcilicet. x. inter preſentes. xx. inter abſentes. modo ꝓcedo vltra ⁊ que/ro ſic. ponamus iui. xxx. an. per fundum tuum ad meū. poſt xxx. an. vis me prohibere ⁊ negas me habere ſeruitutem nū/qd poteris me prohibere ire per fundū tuum? Et certe iſta queſtio videtur inſolubilis eſſe. nam ſi nos dicamus ꝙ poſt xxx. an. poſſis me prohibere committimus in. l. que dicit ꝙ omne ius tollitur ſpacio. xxx. ann. vt. j. de preſcriptio. xxx. vel xl. an. l. ſicut. ⁊. j. de annali exceptio. l. j. §. ad hec. Sed vos in queſtione iſta dicetis pluribus modis. ⁊ vno modo ſic. ſi iui per fundum tuum. xxx. ann. non poteris me prohibere quia preſcriptio. eſt negatorie. ſi dicit quomodo eſt iſtud ꝙ non potes me prohibere ex quo ſeruitus nō eſt preſcripta. Re/ſpondeo alibi eſt ſimile inuenire. quid ſi habes communem fundum cum titio: ⁊ tu ſolus conſtituis ſeruitutē vie in eo. non eſt ſeruitus ſine ſocio: quia non potuiſti ſolus conſti/tuere ſeruitutem ſine ſocio. ⁊ tamen tu ſolus qui conſtituiſti non poteris me prohibere: vt. ff. de ſeruitu. ruſtico. predio/rum. l. per fundum. ⁊ ita hic ſi iui per. xxx. ann. per fundum tuum ad meum poſt. xxx. ann. non potes me prohibere: quia negatorie actioni eſt preſcrip. ſed tn̄ non eſt ſeruitus preſcri pta. Uel poſſū dicere ſecundo modo ⁊ ſic. ſi iui per fundū tuū ad meū te neſciente per. xxx. an. poteris me ꝓhibere: qꝛ non eſt ſeruitus preſcripta: ⁊ poteris me conuenire negato ria acł. non pro prima itione facta: quia illi preſcriptum eſt: ſed pro futuris itionibus. ꝙ ſic probo. quia ſunt tot negato/rie quot ſunt itiones: quia gratia prime itionis quā feci iam ſunt. xxx. an. ſed gratia future itionis poteris me conuenire negatoria acł. vt ar. ff. de verbo. ob. l. ſi ſic ſtipulatus fuerim. neqꝫ pro parte. ſic ⁊ alibi eſt ſimile. nam video ꝙ legatus: ſi

deprehendiť

deprehenditur possidere in legatione ratione presentis possessionis non habet ius reuocandi domum. sed ratione preterite possessionis sic. vt.ff. de iudic.l. nam al's. ¶ Si dicat mihi aliquis vestrum res abibit in infinitum si tot sunt negatorie quot sunt itiones: quia si iui mille vicibus.xxx. ann. per fundum tuum dabis mille libellos: ⁊ infinitas est vitanda: vt.s.de sacrosanct.eccle.l.vltima. Ad qd respondeo vnā negatoriam actio. sufficit intentari pro omnibus itionibus: ꝙ sic probo. pone ꝙ ego ⁊ tu habemus mille hereditates communes: pro qualibet hereditate datur vnum iudicium familie herciscunde ⁊ tamen pro omnibus hereditatibus sufficit vnum iudiciuz intentari: vt.ff. familie herciscunde.l. heredes.§.de pluribus. Item pone ꝙ habemus plures societates: tot sunt actiones pro socio quot sunt societates: ⁊ tamen sufficit vnum iudicium pro socio: vt argumen.ff. pro socio.l. cum duobus.§. si plures. ¶ Sed denuo quero que sunt necessaria in prescribenda seruitute? Certe requiritur bonafides scilicet ꝙ ille qui vtitur seruit. credat se habere seruitutem vt hic.⁊.ff. quemadmodum seruit.amit. l.vltima. Itez requiritur ꝙ ille qui vtitur seruitute vtatur seruitute.animo seruitutis habende ⁊ retinende seruitutis.al's non prescribetur seruituti.ff.quemadmodum seruitus amit. l.vltima.⁊.ff. de itinere actuqꝫ priuato.l.j.§.iulia. Item requiritur ꝙ seruitus illa legittimo tempore prescribatur vt hic.prescribitur legittimo tempore ꝭm distinctio.s. relataz. ¶ Sed nunquid in prescribenda seruit.requiratur ti.⁊ dicit Azo in summa huius tituli. dubitando ⁊ fugiendo forte titulus non requiritur: ⁊.l.non allegauit. Sed ego dico sine forte ꝙ in prescribenda seruit. que habet causam continuā ⁊ naturalem non requiritur ti.quia.l.est expressa.ff. si seruitus vendi.l. si quis diuturno. sed secus est in prescriptione rerum corporalium: quia in rebus corporalibus requiritur titulus: vt.ff. de vsuc.l.celsus.⁊.l.sequitur.⁊.j. de vsu.trans. l.vna. Sed queritur que est ratio quare incorporalem rem prescribo sine titulo: corporalem non prescribo sine ti. Respondeo illa est ratio: quia si vsucapio rem tuam vel prescribo aufero tibi ius dominij in totum ⁊ ꝗ̄tum ad effectuz desinis esse dominus: vt.ff.de vsucapio.l.vsucapio.⁊.j. de prescript.xxx. vel.xl.an.l. si quis emptionis. vnde quia tibi magis preiudico plura ibi requiruntur scilicet ti. Sed vbi prescribo seruitutem tuam: non priuo te dominio rei tue: immo remanes dominus.sed acquiro mihi ius aliquod in re idest in seruitute. vnde ibi minus requiritur scilicet non ti. ⁊ hec est bona ratio. Est etiam alia: quia in prescriptione rerum corporalium non est necessaria scientia domini: sic in prescribenda seruitute rerum incorporalium: vnde sufficit bonafides.⁊ si titu.caream. ¶ Sed denuo quero quare hic requiritur in seruitute ꝙ dominus sciat? Dixerunt quidam ꝙ prescribitur seruitus rei tue etiam te ignorante sicut res tua vt.j.de prescrip. longo tempore.l.vlti. ⁊ sic videtur ꝙ seruitus prescribatur.⁊ subaudiunt.j.l. proxi.maxime. vel potest dici ꝙ prescribo seruit. domino te sciente ⁊ patiente nō autem ignorante. ⁊ pro hoc est.l. expressa.j.l.proxi. ibi vbi dicit te sciente ⁊c. ⁊ ad hoc facit.ff. de seruit. ru. pre.l.j. in fi. ¶ Sed dicet aliquis ꝭm istam vltimam opinio.ꝑscribo dominium rei corporalis domino ignorante: sed seruit. domimino sciente ⁊ patiente que est ratio? Respondeo ratio est illa.qui prescribit dominium rei corporalis habet ti.sed qui prescribit seruit. caret ti. ¶ Sed denuo circa.l.istam. quia princi.huius.l.dicit. ita si quas actiones ⁊c.quero que actio competit pro serui.prescripta? Certe cōpetunt plures actiones.⁊ certe competit confessoria actio si seruitus est constituta inter viuos vendita donata vel legata: vt.ff. si seruitus vendi.l.j.in princi.⁊ insti.de actio.§.contra quoqꝫ. naz si ille qui constituit seruitutem in predio vel contra quem prescribo seruit.est verus dominus: habeo confessoriam actionez. si est quasi dominus: quia bonefidei possessor est: tūc habeo publi.vt.ff. de public.l.actio. quia ita est in dominio rerum corporalium ꝙ trāsit dominium in me traditione facta a nō domino: habeo rei vendi.si non erat dominus: habeo publi. vt.ff. de pub.l.sed si ego.§.j. Item pro seruitute petenda habeo interdictum vti possidetis: si sum in posses. quasi seruit. nam sicut verus possessor rei corporalis habet vti possidetis directum: ita quasi possessor habet vti possidetis vtile: vt ff.de seruitu.l.quotiens.ij. ⁊.ff.si seruitus vendic.l.sicuti.§. distat.⁊.§.aristo.nam corporalia vere possidentur: vnde pro eis habet locum vera rei vendi. incorporalia quasi possidentur: vnde pro eis habet locum quasi rei vendi.vt.ff. de acq. posses.l.possideri.⁊.ff.de acquir.rerum do.l.seruus.§.incorporales. Item pro seruitute petenda potest habere locum actio in factum: que datur loco cuiuslibet interdicti: vt.j.de actio.emp.⁊ ven.l.vltima.

I aquam. In.l.ista duo dicūtur. ¶ Primo dicitur ꝙ si per fundum martialis duxi aquam continue.x.vl'.xx.an.ipso sciente ⁊ patiente. ⁊ hoc feci animo habendi seruitutem. quia credebam habere seruitutem prescripsi seruit. ad similitudinem rerum corporalium immobiliū.⁊ hoc est primum dictum. ¶ Secundo dicitur. si per fundum martialis eo sciente ⁊ patiente duxi continue aquam minus.x. vel.xx. an.⁊ feci opus in fundo martialis quo mediante aquam ducerem.certe si ante prescriptam seruit. prohibeor non potero eum conuenire confessoria actione: nec sumptum factuz in fundo potero recuperare: qꝛ edificiuz cedit solo quousqꝫ durat in eadem causa: ⁊ non dissoluitur per possessionem: idest per fundum.⁊ loquitur rusticano modo: quia rustici dicunt de fundo.ista posses. mea est sic.⁊.j.de proba.l.ij. Tex. sciente.sub. ⁊ patiente. nam si sciret ⁊ prohiberet non prescribitur: vt.ff.eo.l.quotiens. ¶ Sed quid si eo ignorante? Dicunt quidam idez vt plene dixi.s.e.l.j. Tex. tempore scilicet longo. Tex.prescripsisti. vnde not. in isto primo dicto sicut queritur dominium rerum immobilium prescrip.x.inter presentes.xx.inter absentes cum ti.vt.j.de pre.long.tempore.l.penul. ⁊ vltima. ita seruitus prescribitur longo tempore. vt.s.l. proxi.dixi. Tex. ꝙ si. Incipit scdm dictum huius.l. Tex.possessio.i.fundus possessus.sic.⁊.s.de rei vend. l.ij. ¶ Or segnori ad id quod dicitur in principio huius.l. opponitur ⁊ videtur ꝙ hec seruitus non prescribatur nisi tanto tempore cuius non extat memoria. vnde videtur contra.ff.de aqua quoti ⁊ esti.l.j.§. ductus aque. Ad solutio. cuius contrarij dicendum est sic. vno modo si volo ducere aquam per fundum tuum: ⁊ de tuo fundo ad meum: prescribo.x.vel.xx. sed si volo ducere de flumine publico ad fundū meum non prescribo: nisi tanto tempore cuius non extat memoria. hec so. non videtur bona: vt argumen.ff. ne quid in flumi. publico fiat.l.j. tamen quia ius hauriendi aquam ex flumine publico non est seruitus: vt.ff. de seruitut.l. si sit.⁊ ideo vos dicetis sic ⁊ secundo modo. si duco aquam de fundo tuo ad meum: prescribo longo tempore: vt in.l. nostra.⁊ hec seruitus queritur longo tempore: vt.s.l. proxima. Si autem duco cum interuallo puta alternis annis ⁊ mensibus hic quia habet causam interpellatam: non queritur seruitus nisi tanto tempore cuius non extat memoria. ⁊ sic intelligitur.l.contra.ff.eo.l.foramen.

Et in prouinciali. In.l.ista dicitur sicut in predio italico potest constitui seruitus aque ductus: ita in predio prouinciali. vnde constituta seruitus siue in italicis siue in prouincialibus afficit rem. ⁊ illa constitutio sicut pactum debet seruari.⁊ si ille in cuius predio est constituta seruitus vendit predium: illa seruitus sequitur emptorem. Tex. ⁊ in prouinciali quasi dicat nedum in italico. Tex. debent. vt.ff. de pactis.l.j. Tex. priores possessores.sub. quibus erat seruitus constituta. Tex.posse. nam sunt seruitutes reales. vnde sequuntur rem: vt.ff.de seruitu. rustico. prediorum.l. viam.§. quecunqꝫ. ⁊ hoc quia alienatio fit cum sua causa: vt.ff. de contrahen.emptione ⁊ venditione.l.alienatio. ¶ Sed dic mihi que erat dubitatio huius l. Certe illa seruitus habet constitui a domino: vt.ff. cōmunia predio.l.j. ⁊ soli italici sunt domini prediorum cum non sunt tributaria predia. sed prouinciales nō sunt domini cuz sunt tributarij: vt.s.de episcopis ⁊ cle.l.de his.sed si verum

esset hoc, melioris conditionis essent non dñi q̃ꝫ domini qd non debet esse: vt.ff.de peti.here.l.si a patre. ⁊ ideo ꝯstituit nedum seruitus in predio italico: imo ⁊ in prouinciali.

[Q]uam qui. In .l. ista dicitur si habes fonteꝫ in fundo tuo ⁊ ego seruitutem aque ducende ex illo fundo ad irrigandum fundum meũ. si tu velles alij concedere seruitutem aque ducende: non debes hoc facere sine voluntate mea. Tex. ducere. vt.ff.de aqua plu.ar.l.in ꝯcedendo. ⁊ hoc est verum q: non potest alij concedere in meum preiudicium si ledor: al's sic. vt.ff.de aqua quotti. ⁊ esti.l.luti⁹. Sꝫ nunquid ego possum alij ꝯcedere? Respondeo non anteq̃ꝫ in meum fundum veniat: sed postq̃ꝫ igressa est fines agri sic. vt.ff.de aqua quot. ⁊ esti.l.j.§.illud.

[S]I quid. In.l. ista ponitur caus talis. edes tue debebant domibus meis seruitutem altius non tollendi. extruxisti edificium quod officiebat luminibus domus mee. nunquid potero te conuenire ꝯfess. actione: vt illud opus demoliaris? Respondetur q sic. ⁊ si ex illo opere damnificatus sum: ad illud damnum damnaberis. Tex. curabit. sub. proposita ꝯfes. act. vt.s.e.l.j. ¶ Or segnori no. sicut in rei vendi. habetur ratio damni dati: vt s. de rei vendicatio. l. domum. ita ⁊ in confessoria actione habetur ratio damni scilicet quanti eius interest q non est vsus seruitute vt hic: ⁊ tenetur demoliri suis sumptibus: vt.j.e.l.j.altius.

[P]Reses prouincie. In.l. ista ponitur quidam casus rusticanus ⁊ est talis. in predio meo habebam fontem deputatuꝫ ad aquam hauriendaꝫ suis temporibus: in toto illo territorio nõ erat fons nisi ille. vicini mei non poterant habere aquam nisi venirent ad fontẽ meum. vnde veniebant rustici ⁊ hauriebant sua auctoritate ⁊ hauriebant in tantum q non poteram haurire aquam ad irrigandum predia mea. vnde vocatis rusticis dixi eis: vos facitis mihi tale seruitium q non sentio vobis grates. dixerunt ipsi non nocet vobis: vos estis homo diues. dixi ego: hec ratio non videtur mihi bona: cum ordinata charitas incipiat a seipso. vnde adiui principem ⁊ coram eo sic proposui ⁊ quesiui ab eo qualiter mihi cõsuleretur. Ad qd respõdet imperator adeas presidem prouincie tue ⁊ ipse prohibebit vicinos tuos ne ipsi hauriant aquam quia iniquum eẽt vt alij hauriant aquam de fonte tuo agris tuis sitientibus. ¶ Or no. hic q aliquis non tenetur alienam vtilitateꝫ preferre vtilitati sue. ⁊ ideo contra seipsum non tenetur aliqs producere testes vel instrumẽta: vt.j.de testibus.l.nimis.

[S]I manifeste. In.l. ista dicitur. dominus fiscus in fundo suo habebat fontem. fundus fisci predijs vicinis debebat seruitutem aque hauriẽde. vnde dixit procura. fisci. fiscus est imperiũ ⁊ ipse est seruus aliorum: non bene congruit rationi. vnde venit ad vicinos proximos ⁊ precepit eis ne decetero hauriant aquam de fundo suo. dixerunt rustici: domine vos iniuriamini nobis: quia nos habemus seruitutem aque hauriende in eo. modo queritur quid debent facere rustici? Ad quod respondet imperator: q debent adire procurator. Cesaris. ⁊ si poterint probare seruitutem habere in fundo fisci procurator. Cesaris prouidebit vt procurator fisci prestet patientiam aque hauriende rusticis. ¶ Or segnori not. hic q inter fiscum ⁊ priuatum est competens iudex procurator Cesaris. ⁊ ad hoc accedit.s.si aduersus fiscũ.l.j.⁊ per totũ. ¶ Item nota q contra formam veterem nihil debet immutari vt hic. ⁊.s.e.l.j.

[A]Ltius. In.l. ista dicitur, si dom⁹ tua est libera ⁊ domui mee non debet seruitutem altius non tollendi: me inuito non poteris eam altius tollere nec te potero prohibere. sꝫ ponamus q tu in pariete meo in quo nõ habebas seruitutem fecisti fenestram vi vel clam: nunquid potero te conuenire negat oria: vt illud opus tollas sumptibus tuis ⁊ parietem meum in integrum edificas? Respondetur q sic. ¶ Or segnori no. hic: si quis facit opus in alieno fundo: debet illud tollere suis sumptibus: vt hic. ⁊.ff. communi diui.l.sabinus. ¶ Or segnori habetis hic q altius tollere est libertas. sed ad.l. istam opponitur ⁊ videtur contra.l. que dicit q altius tollere est seruitus: vt.ff. de ser. vrba. predio.l.j. Respondeo altius tollere ex voluntate est libertas vt hic. ⁊.j.l.proxi. sed altius tollere ex necessitate est seruitus: puta si domus tua est depressa: radij solis ita intrant domum meam: q non possum in ea stare. vis conueniri inter te ⁊ me vt tolleres altius domum tuam ne radij solis intrarent domum meam: certe teneris tollere. ⁊ hoc casu est seruitus vt in.l.contra.

[S]I in edibus. In.l. ista dicitur quidã eracbius nomine imisit aliquid in pariete edium vicinarum contra debitam seruitu. illud nouuꝫ opus tenetur tollere suis sumptibus. sed si domus sua non deberet aliquam seruituteꝫ ⁊ illam domũ eleuaret: hoc sibi licet facere. Tex. cõpelletur vt.s.l.proxi.in fi. Tex. non est interdictuꝫ. vt.s.l.proxi.in pn.

[S]I tibi. In lege ista dicitur si habeo seruitutem aque ducende in fundo tuo: ⁊ eam non perdidi non vtendo: illam seruitu. possum vendicare. Tex. spacio temporis scilicet. x. vel. xx.. Tex. nõ prohibetur. q: nemo tenetur mittere aquã suaꝫ ad alienum predium: vt.s.e.l.preses.

[P]Er agrum. In.l. ista dicitur si ager tuus non debet seruitutem agro meo: per agrum tuum te inuito non possum ire vel agere: sed per viam publicam bene possum ire. Tex. minime licet. sub. de iure humano. ⁊ ad hoc facit.ff. si seruitus vendi.l.egi. Tex. nemo recte prohibetur. non iure seruit. sed iure communi: vt.ff. ne quid in via pub. fiat.l.viam publicam.

[N]On modus. In.l. ista dicit. si tu cõtulisti seruitutem aque ducende ex fundo tuo ad fundum meum: nos debemus intueri non modum prediorum nostrorum: sed constitutionem seruitutis. Tex. facit. verbigratia. constituisti seruitutem aque ducende ex predio tuo ad predium meum: auctum est predium meum: nunquid per hoc augetur seruitus aque ducende? Certe non: q: non modus prediorum sed seruitus prediorũ constituta facit seruit. quãta duci debeat: vt.ff.de aqua plu.ar.l.si prius.§.j.

[S]Icut. Leges veteres aliorum imperatorum qui precesserunt iusti. in superioribus habuistis. iste due.ll. que sequuntur sunt noue.ll. iusti. ⁊ in.l. ista dicitur q sicut oliꝫ qui habebat vsufru. perdebatur non vtendo biennio in rebus soli. vel non vtendo anno in rebus mobilibus. sed hodie perditur. x. vel xx. ita hodie ⁊ cetere seruitutes: que habent causam continuam vel interpellatam cum modico interuallo perduntur x. inter presentes. xx. annis. inter absentes non biennio ad similitudinem rerum corporalium. nam in rebus corporalibus cum quis habet bonamfidem ⁊ iustum titu: prescribit x. vel. xx. an. Tex. diminuebatur. sub. olim q hodie est correctum: vt.s.ti.proxi.l.corruptionem. ¶ Or segnori vt breuiter tollatis duo contra. ita dicetis. si seruitus habet continuam causam vel causam interpellatam modico interuallo perditur. x. inter presentes. xx. inter absentes vt hic. sed si habet causam interpellatã magno interuallo ista seruitus perditur duplicato tempore. s. vt habeat. xx. an. inter absentes ⁊ presentes: vt in.l.proxi. sed quidã intellexerunt q ista seruitus que hꝫ cãm interpellatam magno interuallo: perdit duplicato tpe. s. xx. inter p̃ntes. xl. inter absentes.

Cum talis

Um talis questio. Similiter ꝛ ista.l.est Justinia. ꝛ satis est leuis ꝛ habet duas partes principales. ꝛ in prima pte ponitur casus talis. tu vicinus meus in predio tuo constituisti talem seruitutem ꝙ vna die in qnquēnio licet mihi per me vel per seruos meos per predium tuū ire ad siluam meam cedendam. steti in tertio ꝛ quarto quinquēnio ꝙ non iui per fundum tuuȝ. modo volo ire per predium tuum. tu obijcis prescriptam esse libertateȝ seruitutis. modo queritur quāto tempore huiusmodi seruitus amittatur non vtendo? Et certe dicebant quidam cum seruitutes olim perderentur biennio non vtendo: qꝛ si steti primo ꝛ secundo quinquēnio ꝙ non iui: prescripta est libertas. sed Justin. dicit ꝙ cum iam legibus cautum sit seruitutem non amitti nō vtendo biēnio: sed.x.vel.xx. ꝙ si steti primo ꝛ scdo ꝛ tertio ꝛ quarto ꝛ quinto quinquēnio ꝙ non iui per predium tuū ꝙ amissa est libertas seruit. quasi primus dies quinquēnij pro quinquēnio computet. Tex. desiderat. Unde no. ꝙ prescriptiones sunt introducte cōtra desides vt hic ꝛ.j. de annali ex.l.j.in fi. ¶ Item no. cū seruitus habeat cām interpellatā perditur longo tpe: vt.s.e.l.j. plene dixi.

Cum autem. Hic incipit secunda pars huius.l. ꝛ in ea ponitur casus talis. habebam aream meam iuxta predium tuū. cum fructus aridos haberem in area mea ꝛ triticarem, eos vbertas ventorum veniebat in area mea ꝛ iuuabat me secernere spicas a frumento. tu videns hoc quia habebas mihi inuidiam: in predio tuo iuxta aream meam fecisti magnā domum: vt ventus non proficeret aree mee: nunquid licet tibi facere hoc? Et custodiatis vos hic: quia hec littera habet duplicem intellectum. ꝛ certe si habeo seruit. in predio tuo ne liceat tibi edificare non licebit tibi. ꝛ iste est verus intellectus. ꝛ habet alium intellectum vt fauore fructuum colligendorum.l. cōcedat vt non possis edificare: vt vbertatem ventorum mihi auferas. Tex. aridos. vt sunt fructus frumenti: vt.j. de vsuris auc. ad hoc quidam fructus sunt liquidi: vt vue ꝛ cerasa vt.ff. de actio. emp. ꝛ vendi.l. fundi. in fi. ¶ Or segnori circa §. istum sta breuiter instemus. que ratio est ista. si habeo areā meam iuxta fundum tuum liberum: ꝙ non possis edificare: nonne hoc videtur iniquum: vt.s.e.l. altius. ꝛ.l. si in edibus. Ad istud vos dicetis duobus modis. ꝛ vno modo sic. ꝙ in tuo predio ꝙ non seruit mihi possis facere qcquid vis inuito me: speciale tamen est hic fauore fructuum colligendorū. Uel dicatis ꝙ hoc est speciale vt dixi in casu: quia hic faciebas malitiose vt ventus non iuuaret me secernere spicas a frumento. ꝛ malitijs hominum ꝛc. vt.ff. de rei vendi.l. in fundo. Uel dicatis alio modo ꝑm Joā. ꝛ Azo. ꝙ habebam seruitutem ne liceret tibi edificare in predio tuo: certe non licebit tibi edificare. ꝛ ita intelligitur hec lex. Si dicat aliqs qs dubitat de hoc si est constituta seruitus ne liceat sibi edificare altius ꝙ non potest edificare: vt.s.e.l. ꝛ in ꝓuinciali. Respondeo tenet constitutio seruitutis si interest eius cui constituerit: vt.ff.e.l. quotiens. ꝛ istius non videbatur interesse: sed tamen eius interest: vt.ff.e.l.ei.

¶ De lege aquilia.

¶ Segnori hec rubrica continuatur ad superiora in hunc modum. quia in rei vendica. que competit pro vendicatione rerum corporalium: ꝛ in confessoria que competit pro vendicatione seruitutum habetur ratio damni dati: vt.s. de rei vendi.l. domum. ꝛ.s.ti. ꝑxi.l. si quid. ꝛ qꝛ per.l. aquiliam petitur damnum emendari: ideo ponitur hic titulus. ꝛ ꝙ dicit rubrica de.l. aquil. sub. per quam petitur damnum emendari: videamus quando locum habeat: vt.j.e.l.j. ꝛ.ij. ꝛ quando cesset: vt.j.e.l. vlti. ꝛ ad quid detur ꝛ quid veniat in ea: vt.j. eo.l.j. ꝛ contra quem detur: vt.j.eo.l.iij. ꝛ in q̄tum: vt.j.eo.l. iiij. ꝛ dicitur aquili. ab aquilio auctore. nam cum aquilius esset tribunus ꝛ multa damna darentur ciuitati romane: cōuocatis plebeis: dixit eis. placet vobis fieri legeȝ: vt omnes puniantur qui dant damnum? clamauerunt omnes vna voce. placet nobis: vnde dicitur.l. aquilia. ab aquilio auctore: vt.ff.e.l.j. ꝛ insti.e.§. illud.

Amnum. Jn.l. ista ponitur casus talis. tu habebas pulchram siluam. quidam imisit ignem in eam. vel illam tuam siluam ipse cedit. nunquid si tu poteris probare ipsum damnum tibi dedisse dabitur tibi actio.l. aquil. vt resarciat tibi damnum? Respondetur ꝙ sic. Tex. per iniuria: idest per culpam nam tenetur quis actio.l. aquil. siue damnum dat dolo: siue culpa lata leui ꝛ leuissima: vt.ff.e.l. scientiam.§. qui cum aliter. ꝛ ita nomen iniurie est equiuocum in iure nostro. nam dicitur iniuria idest culpa: vt.ff.eo.l. sed ꝛ si quēcunqꝫ.§.j. Aliquando dicitur contumelia: ꝛ ita sumitur in actio. iniuriarum: vt insti. de iniur. in principio. Aliquando sumitur iniuria largissime: vt dicatur iniuria omne ꝙ iure non fit: vt.ff. de ope. no. nuncia.l.j. Tex. sed excisa ea. sub. immatura. ꝛ sic datum est damnū. sed si essent matura ꝛ cedua: quia sciēs fecit: hoc ꝙ impendit donasse videtur: vnde tenetur furti arborum cesarum. nec.l. aqui. vt.ff.e.l. si seruus seruum.§. si oliuaȝ. in fi. Tex. si probari potest. sub. iudici. qꝛ iudici est faciēda fides: vt.j. de testibus.l. eos. Tex. vtere. qꝛ directa datur dño: vt.ff.e.l. item mella.§. mellis. vtilis datur non domino: vt.e.l. item mella. in fi. ꝛ.l.se.

Egis aqui. Hec.l. dicit duo. pmo dicit: si aliquis destruxit domum tuam: vel incendio cōcremauit: qꝛ damnum dedit tibi act.l. aquil. tenetur vt tibi resarciat illud damnum compelletur auctoritate competentis iudicis. ¶ Secundo dicitur: si tu habebas ius ducendi aquam per riuum de fundo alieno ad fundum tuum irrigandum: si aliquis destruxit riuū ne aquam duceres vel alius aquaȝ auertit damnum tibi dedit: vnde act.l. aquili. tibi tenetur. Tex. consequens. sub. act.l. aquili. Tex. quinetiam. Incipit scōm dictum huius.l. vnde no. qui deponit domum alienam regulariter tenetur domino damnum emendare actio.l. aquili. vt hic. fallit in duobus casibus: puta si in tertia domo ortum est incendium: ne mea comburatur depono domum tuam mediam que est inter meam ꝛ eam vbi ortum est incendium. ideȝ est ꝛ si magistratus iussit deponi domum tuam in penā delicti: vt.ff.eo.l. si quis.§.j. ꝛ.ij. ꝛ.l. liber homo. in principio. verumtamen propter tales discordias tollendas in ciuitate ista est.l. municipalis ꝙ si propter incendia extinguenda deponatur domus alicuius ꝙ defensor huius ciuitatis tenetur ei facere emendare de publico ꝙ est factum propter discordias tollendas.

Ex morte. Jn.l. ista ponitur casus talis. aliquis occidit ancillam tuaȝ: qualiter tenetur? Certe tenetur tibi ciuiliter act.l. aquil. ad damnum datum emendandum. sed ꝛ potes eum accusare.l. cor. de sicca. vt tāq̄ȝ homicida puniat. Tex. quam criminalem actionem.i.l. cor. que habet locum nedum pro libero homine occiso imo ꝛ pro seruo: vt.ff. de vsufruc.l. locum. ꝛ.ff. de iniurijs.l. ꝙ senatus. vnde no. hic ꝙ ex eodē facto descendit ciuilis ꝛ criminalis actio. ꝛ ad istud accedit ff.e.l. inde neratius.§. hec actio. sed interim dum vna intenditur non potest intendi alia. nam preiudicat alteri q̄tuȝ ad exercitium: vt.ff. de publi. iudi.l. interdum. ꝛ.ff. vi bo. rap.l. pretor.§.j. Iteȝ no. ꝙ in actio.l. aqui. venit dolus ꝛ lata culpa: ꝛ leuis ꝛ leuissima: vt.ff.e.l. in lege. sed in.l. cor. de sicca. venit tm̄ dolus: vt.ff. ad.l. cor. de sicca.l. in lege. Item not. ꝙ in actione.l. aquil. que competit pro ancilla occisa: venit nedum estimatio ancille: imo q̄ti plurimi fuit retro: vt.ff.e.l.ij. sed in.l. cor. de sicca. agitur ad vindictam solum. qꝛ si est nobilis: capite punitur. sed si est plebeius: subijcit bestijs lacerandus: vt.ff. ad.l. cor. de sicca.l. iij.§. penul. ꝛ insti. de publi. iudi.§.ij. ¶ Or segnori super.l. istam per dominum Joan. ꝛ Azo. formatur talis questio. aliquis occidit ancillam tuā. tu cōuenisti eū ciuiliter actione.l. aquil. ꝛ iste fuit absolutus. postea vis euȝ accusare.l. cor. de sicca. nunquid obstabit ex-

ceptio tibi rei iudicate? vel ecõtra egisti.l.cor.de sicca.⁊ fuit absolutus.postea vis eum conuenire actio.l.aquil.Et certe in questione ista fuit opi.⁊ dixerunt antiqui.l.istam cuȝ suis similibus ita fore intelligendam:vt si dominus serui occisi egit.l.aquil.⁊ obtinuit.ꝙ possit agere.l.corne.de sicca.⁊ ecõ tra.sed si succubuit in actio.l.aquil.vel in actio.l.cor.dicebant.l.istam cum suis similibus non habere locum:⁊ hoc nisi sunt probare hoc modo.si ciuiliter actuȝ est ⁊ actor succubuit quomodo ageretur criminaliter? iam posterior sententia preiudicaret prime ⁊ prima debet preiudicare secunde:vt.s.de ordine iudi.l.vltima.Item quomodo sepius de eodem crimine queretur: vt.ff.nau.caupo.stabu.l.licet.§.penultimo ⁊ vltimo.Preterea si in sententia absolutoria siue in causa pecuniaria siue in criminali decisuȝ sit illum nõ occidisse quomodo amodo queretur cum rebus iudicatis standuȝ est:vt.j.de re iudi.l.j.Sed in questione ista ꝺm Jo.⁊ Azo.dicendum est contra.scilicet ꝙ iteruȝ possit agi: siue actum est primo ciuiliter:siue criminaliter. quod probamᵘˢ istis rationibus.quia lex est expressa que dicit cum ex eodẽ facto descendit ciuilis ⁊ criminalis actio:si quid competit ratione rei familiaris: si actum est vna: non tollitur alia. si autem ratione vindicte competit: si actum est vna tollitur alia:vt.j.quando ciuilis actio preiudicat crimi.l.vna.⁊.ff.vi bonorum rapto.l.pretor.§.j.Item si dominus egit ciuiliter ⁊ succubuit quomodo repellitur si vult agere criminaliter ex.rei iudi.quod non videtur:quia tria sunt necessaria ad hoc vt obstet exceptio rei iudicate.ꝙ sit eadem causa petendi ⁊ eedem persone ⁊ idem corpus:vt.ff.de exceptio.rei iudica.l.cum queritur.⁊.l.sequenti. hic licet sit eadem causa petendi ⁊ eedem persone: non tamen est idem corpus: quia si dominus egit ciuiliter ⁊ succubuit aget.l.aquil.vt damnum sibi emẽdetur.si vult agere criminaliter aliud corpus petitur:quia petitur corporaliter puniri. Item ⁊ alia ratione ista duo parificantur quem esse condemnatuȝ ⁊ soluisse ⁊ quem absolutum esse.vnde sicut cum aliquis absoluitur habet exceptionem rei iudica.ita si aliquis condemnatus est ⁊ soluitur:habet exceptionem rei iudica.vt.ff.de exceptione rei iudicate.l.si qs.§.plane.sȝ si cõuentus.l.aql. fuit condemnatus ad damnum emendandum ⁊ soluisse:nõ haberet exceptionem rei iudica.ꝺm antiquos:ita nunc si est absolutus ⁊ agitur criminaliter.Item si actum est de morte ⁊ dñs non potest probare:qꝛ si testes non erant presentes:⁊ postea potest probare:quia sunt presentes:auditur:vt ar.ff. de edendo.l.argentarius.§.vltimo.

Contra negantem.

In lege ista dicitur. quid veniat in act.l.aquili. Et certe si aliquis dedit tibi dãnum.l.aql. poteris eum conuenire.⁊ si inficiatur ⁊ poteris probare:condemnabitur tibi in duplum.Tex.contra negantem.sub.dedisse damnũ. vnde no. si conuentus.l.aquilia fatetur se damnum dedisse:condemnatur in simplum.sed si inficiatur de damno:⁊ postea arguitur per delationem sui iurisiuran.similiter condemnatur in simplum.sed si per testes condemnatur in duplum:vt.ff.e.l.ij.sic ⁊ alibi est speciale in actione ex testamẽto.vt si quis inficiet relictum in testamento condẽnet in duplũ:vt insti.de ob.que ex quasi contrac.nas.in fi.ti.sic hic no.ꝙ aliqs punit de mendacio suo.⁊ ad hoc accedit in auc.de triente ⁊ se.§. studium.⁊.ff.de rei vendi.l.pe.al's vlti.

De pecoribus.

In.l.ista ponit casus talis.aliquis pecora mea in aliquo loco iclusit ⁊ ibi ea fame necauit vel interemit. nunquid tenebitur act.l.aquil.Certe non directa sed vtili.⁊ tenebitur in simplum si fatetur.vel in duplum si negauerit.hoc dicit ista.l.Tex.interfecta.s.manu.Tex.potes.s.contra negantēȝ:vt.s.e.l.pxi.dixi. Sed segnori custodiatis vos.hic aliud est si aliqs pecora tua iterficit manu puta gladio:qꝛ tũc tenet directa actione.l.aquili. qa sua manus in tuum corpus.i.in tua pecora dãnum dedit.sed vbi aliquis pecora tua in aliquo loco iclusit ⁊ ibi fame necata sunt: damnum est tibi datum a non corpore in corpus: ⁊ tunc dabitur tibi vtilis actio.l.aqui.vt insti.e.§.ceterum. Unde no.hic.aliquando datur damnum a corpore in corpus:vt si aliquis suo corpore ledit corpus rei tue: ⁊ tunc tenetur directa actio.l.aquil. vt hic in eo ꝙ dicit vel interfecta.⁊.ff.e.l.ij.in prin.⁊.l.si seruum.§.iij.Aliquando datur damnum a corpore in non corpus: puta si aliquis dum esset iuxta flumen sua manu excussit manum tuam ⁊ fecit ꝙ anulus tuus caderet in mari: suo corpore dedit damnuȝ in non corpus:quia anulus non est factus deterior:nisi ꝙ tu careas eo. hic non datur tibi directa: sed dabitur vtilis: vt insti.eo.§.his verbis. Aliquando datur damnum a non corpore in corpus: vt si aliquis iussit pecora tua includi in aliquo loco:⁊ pecora fame necata sunt.vel iussit seruuȝ tuum ascendere arborem: ⁊ seruus tuus cecidit ⁊ mortuus est:vt institu.e.§.ceterum.Aliquando datur damnum a non corpore in non corpus: vt quia seruus tuus iniuriatus erat tibi expoliasti eum ⁊ vnxisti eum melle ⁊ posuisti eum pene ligatum ad solem tempore estiuo: vt aues ⁊ apes comederent eum.venit quidam bonus homo ⁊ dixit quis est iste qui est ita bene ligatus.dixit vnus qui erat ibi.ipse lesit suum dominum:vel iniuriatus est domino suo.dixit ipse:quis est dominus eius?talis. dixit ipse. certe talis non consueuit talia facere:vnde dissoluit eum. iste qui dissoluit non fecit seruuȝ deteriorem immo meliorem. vnde cessat directa ⁊ vtilis.l. aquilia. tamen quia iste seruus affugit ⁊ propter hoc dominus seruum suum perdidit: tenetur actione in factum subsidiaria.l.aquilia.vt institu.eo.§.vltimo. ⁊ argumen.ff. de pre. ver.l.qui seruandarum.

De his que.

In.l.ista ponitur casus talis. vicinᵘˢ tuus ita seruiebat tibi. de die fingebat custodire pratum tuum: de nocte pecora sua immittebat in pratum tuum. quando tu mane veniebas ad pratum tuum dixisti tu: istud est mirabile ꝙ pratum de nocte solet crescere ⁊ non de die. deuenit in notitiam tuã qualiter iste vicinus faciebat tibi. vis euȝ conuenire actio.l.aquil.nũquid poteris?certe sic.Tex.agere.sub.vtili actio.quia suo corpore non dat damnum: sed in corpus:vt institu.e.§.de his. Or segnori no. hic ꝙ est duplex malitia rusticana circa pastum. vna malitia est dum rusticus immittit pecora sua in pratum vicini:⁊ tunc datur vtilis actio.l.aquil. vt hic. Item habet locum.l.saltui data. vt est in ciuitate ista quia si pecus tuum intrat pratum meum teneris mihi emendare damnum:insuper in.v.soli.condemnaberis.⁊ hec est.l.saltui data:vt.j.de noxa.actio.l.ij.Est ⁊ alia malitia rusticana: puta si arbor mea fructifera est in limine inter predium tuum ⁊ meum:cadunt glandes in predio tuo tu imittis pecora in predio tuo vt depascant glandem meaȝ ⁊ tunc teneris de pastu pecorum actio.in factũ:vt.ff.de pre. ver.l.qui seruandarum.in fi.⁊.l.se.

Familie herciscunde.

Rubricam istam ita continuabitis ad superiora de simplicibus iudicijs in quibus est vnus actor ⁊ alter reus in superioribus dictum est. sed quia quedam sunt simplicia in quibus vterqȝ est actor ⁊ vterqȝ reus: vt est famil.herciscunde iudicium: vt.ff. de iudic.l.in istis. ⁊ famil. herciscunde obtinet principatum: ideo ponitur de famil. herciscunde iudic. Et hec rubrica potest legi significatiue: ⁊ sic. familie herciscunde:idest de iudicio familie herciscunde videamus ⁊ subijciamus. Et no. ꝙ hec rubrica est greca ⁊ in greco familie herciscunde in tantum sonat in latina lingua: idest substantie diuidende. nam familia grece dicitur substantia:vt.ff.de verborum significatio.l.familie herciscũ. dicitur. Item not.ista est rubrica ꝺm antiquam grammaticam donati.non est ꝺm nouam grãmaticam prisciani. nam antiqui vt Donatus proferebat sua gerundia herciscundo ⁊ legundo. sed ꝺm nouam non dicimus herciscundo sed herciscendo ⁊ legendo. vnde debemus dicere herciscunde familie. vnde de actio. substantie diuidende videamus quando

quando habeat locum: de quo dicitur. j. eo. l. j. ⁊. l. si quam. ⁊ quando cesset: de quo dicitur. j. e. l. ea que. ⁊. l. infami. ⁊ quid veniat in ea: de quo dicitur. j. eo. l. non ideo. ⁊ ꝙ sit officium iudicis in ea: de quo dicitur. j. e. l. quotiens. ⁊. l. decretum. ⁊ qualis ipsa sit: de quo dicitur. j. l. non ambiguum.

C Inōdēm. In. l. ista no. ita casuz quidā accessit ad prin- cipem: ⁊ corā eo sic proposuit. dn̄e imperator. ego ⁊ frater meus habebamus paternā hereditatem communez. placuit nobis vna die extra iudicium quasdā res diuidere. modo volumus agere fami. hercis. ad diuidendas res indiuisas. nūquid licet nobis hoc facere? Respondet imperator ꝙ sic. si super hoc inter nos non est iudicatum vel transactū quia tunc rei iudicate ⁊ transactioni standum est. Tex. diuisistis. sub. extra iudicium. Tex. est. sub. quia tunc a re iudicata vel transactione non licet recedere: vt aliquis sit litium finis: vt. s. de transac. l. fratris. Tex. experiri. ⁊ ita habetis in. l. ista vt dixi in casu. Sed videtur contra. ⁊ videtur ꝙ ex quo semel diuiserunt ꝙ amplius non agatur iudicio famil. herciscun. cum semel tantum intentetur: ⁊ non amplius nisi ex causa: vt. ff. eo. l. si filia. §. fami. Ad istud dicetis ſm Ioan. ⁊ Azo. iudicium famil. herciscun. amplius ꝗ̄ semel non intenditur: nisi ex causa: vt si est minor qui vult nunc intentare iudicium famil. herciscun. vt. ff. eo. l. vltima. ⁊ hoc licet facere ex ista causa. ⁊ ita hec. l. intelligitur ſm illam: quia promptum est ⁊c̄. vt. s. de inoffic. donat. l. vnica. vel dicatis in. l. contra. actum fuit iudicio famil. herciscun. aliqua res remansit indiuisa: vnde non potest agi amplius nisi ex causa. hic ex consensu extra iudicium diuiserunt aliquas res. vnde non videtur intentatum iudicium famili. herciscun. ⁊ ideo non potest agi iudicio famil. herciscun. ⁊ hoc innuit princi. huius. l. dum dicit: si non omnem paternaz hereditatem ex cōsensu diuisisti ⁊c̄.

V Xor tua. In. l. ista ponitur casus talis. accessisti ad pncipez: ⁊ coraz eo sic proposuisti. domine imperator vxor mea cū qua contraxi matrimoniū dotē quam debebat mihi dare: patri meo numerauit. postea decessit pater meus herede relicto: equaliter sum cum fratribus meis. agitur inter nos de diuisione facienda. dico fratribus. dotem vxoris mee quam adhuc habeo in matrimonio debeo habere precipuaz. ⁊ ipsi dicunt ꝙ non. quero a vobis quid iuris sit? Ad quod respōdet imperator ꝙ iudex competens qui cognoscit super iudicio fami. hercis. condēnabit fratres tuos vt dotem vxoris tue debeas habere precipuam. Tex. ad exequendam: idest ad recuperandam. Tex. decessit. sub. si ex pacto debebas dotem lucrari. vel retines ꝗ̄tum ad coheredes mulieris: quia reddenda est dos: vt dicitur. j. de rei vxo. actio. §. exactio. ¶ Or segnori no. ꝙ quedam sunt que statim mortuo patre transeunt in liberos: vt tutela ⁊ onera matrimonij: vt. ff. eo. l. si filia. §. neratius scribit.

A Duersus. In. l. ista dicit: si plures sunt coheredes post hereditatem aditam adinuicem poterūt agere fami. hercisc. ⁊ si aliquis coheredum post aditam hereditatem aliquas res subtraxit. sed crimine expilate hereditatis non tenetur cum habeat iudicium famili. herciscunde. ⁊ in eo habetur ratio damni dati. Tex. prospiciatur. quia habet locuz iudicium expilate hereditatis: cum iacētem hereditatem subtrahit: vel post aditam hereditatem ante apprehensam pos. vt. ff. de crimi. expi. here. l. ij. Sed tamen si esset adita hereditas ⁊ posses. fuerit apprehensa. ⁊ aliquid postea subtrahitur locum habet iudicium fami. hercis. vt hic. ⁊. ff. e. l. ⁊ puto. §. j. ⁊ licet iudicium expi. heredita. non concurrat cum iudicio fami. hercis. concurrit cum rei ven. ⁊ act. ad exhibendum: vt ff. de crimi. expi. heredi. l. diuus.

I filius. Lex ista dicit tria. prio dicit filiusfamili. volebat ire ad castra. vnde vna die dixit pr̄i suo. volo ire ad expeditionem principis quid donabitis mihi? Dixit pater volo tibi donare talem meum dextrarium ⁊ talia arma mea. ⁊ ita pater filiofamil. militi eunti ad expeditionem res mobiles donauit. postea moritur pater testatus vel intestatus omnibus filijs heredibus relictis. nunquid iste filius tenetur conferre a patre donata fratribus eius? Certe non quia ceperunt esse castrensis peculij. ¶ Secundo dicit: si pater filio eunti in expeditionem donauit predia vel vineaz vel molendinum: ⁊ filius dixit patri quomodo portabo predia vel vineam vel molendinum ad exercituz in valixia? Dixit pater: portabis redditus. si postea moritur pater: nunquid iste filius ista predia vel vineam vel molendinum tenetur conferre fratribus? Respondetur ꝙ sic: quia nō sunt castrensis peculij. ¶ Tertio dicit. si filiusfami. iuit ad expeditionem ⁊ fuit ibi strenuus miles ita ꝙ imperator obtinuit ciuitatem vnam. vnde dixit imperator: ego volo istam ciuitatem inter milites meos diuidere. predia que obuenerunt huic filiofami. ex diuisione facta ab imperatore sunt castrensis peculij. vnde nec patri acquirerentur eo viuo. ⁊ ideo nec fratribus tenetur conferre patre premortuo. hoc dicit ista. l. Tex. predia. Incipit scđm dictum. Tex. non sunt. vnde nec habebis precipua. ⁊ fratribus teneris conferre. Tex. diuerso iure. Incipit tertium dictum. Tex. obueniunt. vt quia imperator predia capta diuidit inter milites. Tex. cedunt. vnde habebis precipua. Unde not. ꝙ castrensia ⁊ quasi non conferuntur: vt. j. de colla. l. vltima. ¶ Item not. hic. regulariter non valet donatio facta a patre in filiuz qui est in potestate: vt. s. de inoffi. do. l. ij. Fallit cum pater donat filio eūti ad expeditionem: vt hic. Similiter fallit si pater donat filio eunti ad studium libros vel pecuniam: vt. j. de castren. pecul. l. j. lib. xij. ⁊. j. de colla. aucten. ex testamento. plene dixi. si autem pater donauit filio vt bene merito: non valet ab initio: sed morte confirmatur: vt. j. eo. l. filie. si autem pater donat filio vt habeat in peculio profectitio: non valet ab initio nec morte confirmatur: vt. j. eodē. l. certum. ⁊. j. de colla. sed donatiōe. ⁊ ibi plene dixi de materia ista. vnde amplius hic non dico.

T Ni ipsius. In. l. ista pōitur casus talis. quedā mulier accessit ad principem ⁊ coram eo sic ꝓposuit. domine imperator. maritus meus fecit testamentum: ⁊ in testamento suo instituit sibi filios heredes. stabā iuxta maritū meum iacētem in lecto: ⁊ dicebam ei sic. tu habes tales seruos. s. stichū ⁊ pamphylum: pro redemptione peccatorum tuorum relinquas eis directam libertatem. dixit maritus meus: illis latronibus libertatem relinquaz. videbis qualem libertatem eis relinquā. vocauit tabellionem: scribe ꝙ precipio heredibus meis vt seruus meus pamphylus perpetuo in vinculis teneatur. alter venundetur vt ex italiam perpetuo moretur. ego nō fui ausa resistere marito meo. tn̄ illi serui quid fecerunt. si primo fuerunt ingrati: seruierunt ita bene ei in infirmitate ꝙ fecit codicillos: vel vocatis testibus iussit ⁊ dixit ꝙ volebat ꝙ pamphylus non detineretur in vinculis: nec stichus venderetur. ⁊ ita clementia sua mutauit ꝙ in testamento suo iratus dixerat. modo quero a vobis que voluntas debeat obseruari? Ad quod respondet imperator: ꝙ posterior voluntas seruatur etiam si scriptura facta non probetur: dūmodo alijs probationibus probetur. vnde iudex qui cognoscit super iudicio famil. herciscun. habet hoc facere ꝙ iubebit adimpleri ꝙ posterior eius voluntas seruetur. Tex. vel pro saltim. ¶ Or segnori not. l. istam ꝙ iudicio famili. herciscun. venit vt seruetur seuitia testatoris: si postea mutata non fuit: vt. ff. eo. l. his consequēs. §. j. ¶ Item not. ꝙ in legatis posterior voluntas seruatur: vt. ff. de lega. j. l. si mihi ⁊ tibi.

C A que. Segnori dominus Azo. l. istam commentauit in summa huius tituli. ⁊ in commentatione ipsius scripsit tres vel quattuor lineas bonas. ponetis ita casum exempli causa. testator habebat vnam actionem in bonis compe-

entem contra debitorez suum ad.cccc.decessit relictis.iiij. heredibus.heredes rimantur τ non inueniunt in bonis defuncti nisi istud nomen.dicunt heredes eius adinuicē agamus fami.herciscun. τ diuidamus istud nomen, nunquid poterunt? Certe non: quia agitur inter heredes iudicio fami.herciscun.cum predia diuiduntur: non autem cum diuiduntur nomina: quia nomina ipso iure.l.xij.tabu. inter coheredes diuisa sunt.vnde quod diuisum est: amplius diuidi non potest.τ ideo quilibet heres habebit.c.hoc dicit ista l.videte expositionem littere. Tex.ea que.in nominib⁹ sunt idest in actionibus.vt.ff.de heredi. vel actio. vendi.l. si nomen. Tex.diuisionem.sub.iudicio fami.herciscū. ¶ Or segnori in.l.ista ponetis casum exempli causa.vt dixi.τ sic habetis quod diuisum est non potest diuidi.sic τ quod ruptuz est non potest rumpi.vt.ff.de iniusto rup.τ irri.testa.l.nam τ sub. con. Item intelligatis.l. istam vt dixi in casu quando nihil aliud erat in hereditate nisi nomen istud: vt.ff.e.heredes.§.j.sed si aliud esset in hereditate: licet nomina non veniant in hereditate diuidenda: tamen veniūt adiudicanda: vt.ff.e.l.ij.§.vlti.τ.l.si sis. Et al's quedaz veniunt accessorie: non principaliter: vt.ff.de vi τ vi arma.l.j.§. illud. Modo veniamus ad id ꝓpter quod dominus Azo.cōmentauit.l. istam.l.ista dicit ꝙ nomina non veniunt diuidēda: quia ipso iure sunt diuisa inter coheredes.l.xij.tabu.vt.š.de pactis.l. pacto.τ.j.si certum petatur.l.j. Sed nonne idem est in domo vel in fundo.pone testator habet domum vel funduz.decedit relictis.iiij.heredibus.diuisus est fundus ipso iure inter eos: quia quilibet habet quartam partem fundi: τ fundus diuiditur ẜm voluntatem patrisfami.vt.ff.de leg.j.l.qđ in rerum natura.§.ij.sic ergo iudicium fami.herciscun. non habebit locum nisi in nominibus: quia hec.l. prohibetur. Item in rebus corporalibus: quia diuise sunt ipso iure. vñ male dicunt.ll.agi fami.herciscun.pro fundo: vt.ff.e.l.fundus mihi communis est. Ad istud vos ita dicetis ẜm Azo. est differentia inter incorporalia τ corporalia. actiones inter coheredes ipso iure.l.xij.tabu.diuise sunt pro hereditarijs portionibus: nec in eis cadit diuisio demonstratiua: sed intellectualis: vnde si quattuor sunt heredes τ est in hereditate act.ad.cccc.quilibet heredum habebit.c. sed in rebus corporalibus: vt in domibus τ in ꝑdijs: lz ipse res corporee itellectualiter sint diuise: quia si quattuor sunt heredes quilibet habet quartam pro indiuiso: tamen quia in rebus corporalib⁹ cadit diuisio demonstratiua: tunc ibunt ad iudicem τ dicent.sumus hꝫdes equaliter in domo ista. in fundo quilibet nostrum habet quartam partez intellectualiter. tamen quia quilibet nostrū vult vti sua parte demōstratiue: diuidatis inter nos.vnde iudex debet diuidere: si potest diuidi.sed si est indiuisibilis: fiet adiudicatio: vt.ff.e.l. meui⁹. in fi.τ insti.de offi.iudicis.§.si fami.hercis.in fi.

I qua. In.l.ista ponitur casus talis. testator istituit sibi plures heredes.alteri heredum aliquas res prelegauit.postea agunt isti heredes iudicio famil. herciscū.inter se poterit ne iste coheres cui prelegatum est petere iudicio fami. hercis. vt prelegatum habeat precipuum. Respondetur ꝙ poterit petere. Tex.consistat.quia testator vni here.ab altero prelegauit. Tex.accōmodare.hoc modo vt in iudicio famil. her. vt ille cui est prelegatum habeat precipuum prelegatum: vt j.e.l.si filium. Et in.l.ista no.vt melius intelligatis sequentia τ totum istum ti.τ.ff.e.in iudicio fami.herciscun.quedaz veniunt diuidenda vt res corporales que recipiunt diuisionem.quedam adiudicanda: vt res que non recipiunt diuisionem: vt insti.de offi.iudi.§.si fami. in fin. quedam veniunt assignanda vt nomina: vt.š.l.proxi. quedam veniunt precipua capienda non dico coequanda: vt hic.τ.j.ea.l.filium. τ ff.e.l.si ex asse.quedam veniunt deponenda vt instrumenta hereditaria: que deponuntur apud euz de quo conuenerūt coheredes.vel apud digniorez vel apud quem iudex elegerit: vt.ff.e.l.si qua. Item quedam veniunt cōburenda: vt venena τ mala medicamēta τ iniuste quesita: τ libri improbate lectionis: vt.ff.e.l.cetere.§.j.

Bona. In.l.ista dicitur. si cū fratre habebas heredi. cōmunem: iudicium fami. hercis. potest experiri: vt omnia bona que sunt in illa here.diuidātur: siue sit illa hereditas patris siue matris. Tex. vel mris.sub. vł ex vtroqz.quia pro plurib⁹ hereditatibus competit vnum iudicium fami.hercis. vt.ff.eo.l. heredes.§.de pluribus.

Non est. In.l. ista dicitur. iudicium fami.her.esse iudicium bonefidei. τ ideo non dubitatur siqua hereditas mihi delata est τ tibi: ꝙ in ea veniūt fructus. Tex.titulus.i.actio. sumit τ alijs pluribus modis titul⁹ vt plene dixi.š. de peti. hedi.l.cogi. Tex.augeri. τ ita hab[illegible]is iudiciū fami.her. esse bonefidei: vt insti.de act.§.actionum.τ.ff.e.l.filia.§.filie.

Quotiens. In.l. ista pōit casus talis testator volēs diuidere substantiam suā inter filios suos ita dixit.filium meū talem instituo mihi heredem in possessiōibus quas habeo in tali loco cū mancipijs ibi constitutis. alium meū filium talem instituo mihi heredem in pos. quas habeo in tali loco cum mancipijs ibi constitutis.postea in fi. testamenti subiecit.filij mei: si aliquis dñs fuerit qui habuerit bonos seruos ego habui.vnde oēs seruos meos vobis recōmendo.modo queritur vtruz ex ista recōmendatione generali serui veniāt in iudicio fami.hercis. Respondetur ꝙ non.sed quilibet habet seruos in suis predijs constitutos. sed illā cōmendationem intelligo: dicit imperator: ẜm ꝙ vnicuiqz filiorum reliquerat. Tex.falcidie.qz ipsi seruabunt voluntatem defuncti salua falcidie rōne: vt in auc.de nup.§.disponat. Tex.decreuit. in secunda prediorum assignatione. ¶ Or segnori in.l. ista no. plura no.primo no. si testator instituit quēlibet filiorum cum mancipijs ibi positis: τ postea recōmendauit mācipia: ista recōmendatio intelligitur facta ẜm ꝙ eis reliquerat: qz talia sunt subiecta qualia predicata permittunt: vt.ff. de peculio.l.nam ꝙ liquido. Item no.ꝙ precedentis determinant sequentia.τ ad istud accedit.ff. de testamentis.l.heredes palam.§.sed si notam.

Inter filios. In.l. ista dicitur si aliquis decedit intestatus relictis filijs τ filiabus equaliter succedunt ei. vnde equalis diuisio erit faciēda in iudicio fami. herciscun. Tex. est sub. a sapientibus.nam equaliter succedūt: quia hodie est sublata differentia sexus: vt in aucten. de heredi. ab intesta.in principio.

Non ideo. In.l.ista dicitur. si tu diuisisti extra iudiciuz hereditatem quam habebas cōmunez cum fratre tuo: licet non fuerit inde facta scriptura: non ideo erit inualida diuisio: si testibus vel alijs probationibus de ista diuisione cōstare potest. Tex.affirmet.quia confitemini. vel testibus constat.nam scriptura non est de substantia diuisionis vt hic. τ š.eo.l. in ipsius.τ.š.de pactis.l.pactum ꝙ bonafide.in casibus tamen requiritur scriptura: vt no.j. de fide instrumen.l. in exercendis.τ.l.contractus.

dus: qui valet. xij. ⁊ rogatus eſt reſtituere đducta quarta: nõ computabit ſibi trientem de. xij. que eſt tertia pars: ſed vn/
ciam vnam fundi: vt ille fundus diuidatur in. xij. vncias. vt ibi videre poteſtis expreſſe ꝙ ille fundus diuiditur in. xij. vncias. ⁊ ita iſte filius qui habet trienteȝ non computat ſibi trientem in quartam ſed vnam vnciam iſtius trientis. ⁊ ſic loquitur. l. contra. titia. ſed ſi non eſſent tres filij. ⁊ vni pre/
legatus eſt fundus qui valet. xij. ⁊ vnus rogatus eſt reſtitue re non deducta quarta: hoc caſu detrahet trientem ⁊ com/
putabit ſibi in quartam. ⁊ ita erit i. l. noſtra. ⁊ hec eſt lectura antiquorum vt in fundo conceſſo in peculio profectitio cõ putet totam hereditariam portioneȝ fundi. Et reſpondetur ad oppo. ſupradictas ⁊ maxime ad. l. illam titia. dominus ta men Joan. lecturam iſtam antiquorum nõ approbauit. ⁊ di xit ego approbo iſtam lecturam ꝙ iſte fundus a patre filio fuerit donatus: vt eum haberet in peculio profectitio. quia littera nõ facit mentionem. Item qꝛ cum fundus taliter do/
natur filio vt habeat eum in peculio profectitio: nõ videtur a patrimonio patris diſceſſiſſe: vt. s. e. l. certum. vnde quid iuř erit in diuiſione aliarum rerum: idem iuris debet eſſe in hoc fundo. ⁊ ideo hanc. l. ſic intelligo. ⁊ ſic pono caſuȝ dixit Joan. ⁊ ſi vellem tranſire vt ipſe tranſit: nihil intelligeretis quia ipſe dicit ꝙ hec. l. loquitur in fundo filio prelegato: ⁊ non dicit aliud. ſed dicetis ſic. ⁊ redeatis ad primum exem/
plum. paterfami. habebat filios. iiij. ⁊ octingenta in bonis. non conceſſit filio fundum: vt haberet eum in peculio pro/
fectitio. ſed in extremis conſtitutus fecit teſtamẽtum ⁊ om/
nes equaliter inſtituit. poſtea dixit alijs filijs. huic fratri ve/
ſtro volo prelegare fundum meum valẽtem. xl. dixerunt iſti fratres qre vultis ei plegare? dixit pater neſcitis vos quã do feci vos milites ꝙ expẽdi pro quolibet veſtrum. xl. ⁊ pro iſto nihil expendi. vnde iſte eſt ita filius meus vt vos: vnde

volo eum coequare vobis. vnde prelego ei talem fundum meum valentem.xl.ꝛ subiecit sic:quia iste quart⁹ filius erat debilis nature:si nauis venerit ex asia.ꝛ si decesserit sine liberis restituat portionem suam fratribus suis:ꝛ quibusdaꝫ alijs si donarem ei.x.Certe pertinet ad officium iudicis qui cognoscit de iudicio famil. bercifcun. quando tractatur de hereditate diuidenda:vt voluntas defuncti seruetur in euẽtu conditionis vt restituat portionem suam deducta quarta trebel.ꝛ satisfit ei hoc modo de quarta trebel. quia detrabit totam quartam portionem hereditariam fundi. Item quod datur gratia implende conditionis in pecunia numerata:ꝛ residuum quod deficit ad quartam vel detrabit de singulis rebus si placet fideicõmis.vel de ipso fundo:si placet eis.ꝛ si quid superest veniet in restitutione. ¶ Or dicet mihi aliquis vestrum.bene video in.l.titia.ƀm istam lecturam ꝙ ibi detrabit non totam trebel.sed quartam trebel. sed in.l. ista detrabit totam trebel. ¶ Sed quare dicis tu de fundo prelegato ꝛ non dicis de fundo donato in peculio profectitio? Respondeo ƀm Joan.quia.l. illa non facit mentionem de fundo donato filio in peculio profectitio nec exisse de patrimonio:vt.ṡ.e.l.certum. Dices tu nec de fundo prelegato facit mentionem.ꝛ ipse Joan.respondet. ego inuenio.l. alibi que facit mentionem de hoc fundo prelegato : ꝛ facit istam distinctionem.aut prelegatur fundus deducta quarta : aut non deducta quarta.primo casu detrabit quartam quarte. secundo casu totam quartã:vt in preal.l.titia. Si dicis mihi quomodo adaptabis verba.ista filium quem habenteꝫ fundum. Dixit ipse Joan.adaptabo sicut leges me instruũt vt totam quartaꝫ trebel.l.detrabit de fundo isto:vt.ṡ.dixi. Dominus Azo fuit visus dicere aliter:ꝛ dicit ego non intelligo.l.istam in fundo donato a patre filio in peculio profectitio vt antiqui intelligebãt.nec intelligo eam in fundo prelegato filio a patre:quia hoc.l.nõ dicit.ꝛ quia hoc dicere cõtradicit alijs.ll.nam hec lex vult ꝙ totam portionem fundi hereditariam in quarta debeat computare.sed.l.tria contra dicit aperte. Sed denuo dominus Azo non approbat opinionem Joan.ꝛ antiquorum:quia idem est in peculio profectitio quod in alijs rebus:vt.ṡ.e.l.certum. Item non approbat opi. Joan.nam ƀm Jo.filius nunꝙ̃ habuit funduꝫ in vi patris cum ipsum haberet iure prelegati. quod littera istius.l.dicit ibi filium quem habentem fundum ꝛc̃.sed ego intelligo.l.istam in fundo donato inter viuos a patre filio ꝙ erat in potestate vt bene merito vel conferendo in eum supremum iudicium:vel vt extraneo:ꝛ non dicebat plus. sed ego ponam ita casum.paterfami.habebat.iiij.filios ꝛ octingenta in bonis.inter que octingenta habebat vnum funduꝫ valentem.xj.illum fundum donauit filio suo vt extraneo vel vt bene merito.ꝛ dicitur ei pater donare vt extraneo vel vt bene merito:si filius eius fecit ei tale seruitium:quod si quidam sarracenus fecisset ei renunciasset eum in.xl. vel donauit filio suo fundum suum valentem.xl. conferendo in eum supremum iudicium.verbigratia.pater dum loqueretur seorsum cum vno ex filijs suis allocutus est ipsum : ꝛ vidit ꝙ vnus ex filijs suis diligebat fundum suum valẽtem.xl.vnde dixit filio.dono tibi fundum illum meum valẽtem.xl.vt post meam mortem habeas.bene scit pater ꝙ ista donatio non valuit ab initio impediente patria potestate : vt.ṡ.de inoffi. do.l.ij.sed morte confirmatur si perseuerauerit in eadem voluntate:vt.j.de donatio.inter virum ꝛ vxorem.l.donatiões. Postea pater fecit testamentum:ꝛ omnes filios suos equaliter instituit.nec fecit mentionem de isto fundo.rogauit istũ filium cui donauit fundum:quia erat debilis nature ꝛ dubitabat de persona eius restituere portionem suaꝫ heredi sub conditione fratribus ꝛ quibusdam alijs.ꝛ si illi daret ei tantum gratia implende conditionis.tandem extitit conditio. vnde debet restituere deducta quarta trebel.ꝛ de hac quarta satisfit ei hoc modo:qꝛ hereditariam portioneꝫ fundi cõputat in quartã.ꝛ qd̓ datur gratia implende cõditionis residuum soluit in fundo.vel de iuris ptãte de alijs rebus.ꝛ si quid supra quartam est veniet in restõne. Sed quõ adaptabis?dicit littera istius.l.filium quẽ habenteꝫ fundũ. Rñdebat ipse sic. Tex.filium.sub in potestate ꝯstitutũ. Tex.quẽ. scꝫ filium. Tex.habentem fundũ.non iure peculij pfecticij.vel iure plegati.sed habenteꝫ inter viuos:qꝛ pater donauit ei vt extraneo:vel vt benemerito.vel donauit ei cõferendo in eum supremum iudicium.que donatio non valuit ab initio sed morte confirmatur.ꝛ si nõ sit plegata obtinet vim relicti vt in pallegata.l.j.de dona.inter virũ ꝛ vx.l.dõatiões. ꝛ de talibus dõationibus detrabit fal.vt.j.ad.l. fal.l.in donationibus.sed in isto fundo: quia nõ est prelegatus sꝫ donatus inter viuos:computat totam hereditariam portiõeꝫ fundi.sed si vere esset prelegatum adhiberetur.l. illius distinctio titia.ita habetis in.l.ista ꝙ in ea ponitur casus tribus modis:ꝛ sine scrupulo procedit.nam iste filius fundum sibi donatuꝫ a patre inter viuos habet precipuũ:vt.ṡ. e.l.filie.vnde tres partes habet precipuas heredi. priorem iure hereditario habet.ꝛ pro hac non venit in restitutionẽ: ꝛ pro sua quarta non computat:vt.ff.de le.ij.l.miles.§.pro parte. ¶ Or segnori circa.l.istam formatur questio quedã quã dominus Azo.facit in summa huius ti.ꝛ facit inde magnum festum ꝛ occultat responsionem eius. Querit ipse cũ heres rogatur restituere ꝛ prelegatur ei cadit prelegatum in fideicom. vniuersale.i.est prelegatuꝫ restituendum.ꝛ pro qua parte computatur in quartam? Segnori:vt dixi de hac questione facit inde magnum festum:ꝛ eius responsionem occultat.sed ego istam questionem non facio hic:quia plenius eam examinaui.j.de fideicom.l.cum virum papi.vnde eam amplius non dico.vel si placet dicatis vt ibi dixi plene:ꝛ hec repetatis.ex his que dicta sunt habuistis quicqd in antiquis glo.ꝛ nouis potest dici.ꝛ si aliquid ibi obscure dictum est:hic clarificatum est.

Ex causa donationis.

In lege ista dicitur. si auus donauit nepti vel etiam extraneus donauit nepti: ꝛ neptis postea repudiauit aui hereditatem vł successionem:illam donationem sibi quesitam fratribus conferre non tenetur. Tex.non potes. quia non succedis. Item quia hodie conferuntur sola profectitia:vt.j.de colla.l.vlti.

Inter omnes.

Lex ista que ẽ lex constantini imperatoris hoc vult dicere si parentes masculini sexus inter libros suos vel emancipatos in testamẽto vel in codicillo minus solẽni seu in epistola siue quocunqꝫ alio modo disposuerint iudicio familie bercifcunde : licet liberi veniant ad successionem patris ab intestato: tamen illa voluntas debet seruari. verũtamen si alie persone extranee sint permixte cum liberis in testamento vel codicillo minus solemni:tenet illud testamentum quantum ad liberos non quãtum ad extraneas personas. qꝛ si vnus rogatus ẽ alteri restituere restituit deducta quarta:vt.ṡ.e.l.filij patris. Tex.pro nullo hẽri.s.testamentum. ¶ Or segnori ex.l.ista colligetis ar.immo legem expressam ad vnum de quo layci ꝛ minus periti aduocati dubitant.cõtingit sepe apud nos ꝙ aliquis dicit corã duobus testibus:volo ꝙ talis sit tutor filiorꝫ meorum.nũquid potest dici ꝙ sit tutor testamentarius?videtur ꝙ non:vt.ff. de le.ij.l.peto.§.mater. Cõtra dicenduꝫ est vt h.ꝛ.ṡ.e.l.filij. Nec ob.§.mater.quia non vitiatur ibi illa datio tutoris: ideo quia fuerit ibi voluntas minus solemnis.sed viciatur ideo ꝙ mater non potuit dare tutorem filio.quia non habet in potestate:vt.j.d leg.tu.l.j. ¶ Or segnori habetis hic vnã auctenticam que incipit.si modo.

Si modo.

Ista auctentica est in aucten.de triẽte ꝛ se.ꝛ debet continuari ad.l.codicis. dictũ est in l.codicis ꝙ minus solemne testamentuꝫ factuꝫ inter liberos valet:si factum est in scriptis.hec auctẽ.dicit ꝙ verꝫ ẽ ꝙ valꝫ si modo pater subscribat:qd̓ facit inter liberos.vł liberi subscribant. Tex.parentis.sub qualiter fecit testamentum minus solẽne inter liberos. Tex. subscriptio.sed sine subscriptione posset fieri per aliam autenticam:ꝙ sine.ꝛ sic apparet ꝙ

hec auc. loquitur in testamēto facto in scriptis. sed si testm̄ factum est nūcupatiuum. l. codicis manet in suo statu. ⁊. j. de testa. hac consultissima. §. ex imperfecto.

¶ De cōmuni diuidundo.

¶ De iudicio diuisorio qd̄ proponitur pro hereditate diuidenda superiori ti. habuistis. verum quia interdum agit̄ pro singulis diuidēdis: ponit de cōmuni diuidundo iudicio qd̄ proponitur ad res singulas diuidēdas. vnde est differētia inter iudiciū fami. hercis. ⁊ cōmu. diui. q2 iudicium familie herciscūde est vniuersale. ⁊ amplius q̄ȝ semel non intendit̄: vt. ff. famil. hercis. l. filia. §. familie. sed iudicium cōmuni di. est singulare: vt. ff. e. l. ij. est etiam similitudo: q2 vtrūqȝ est duplex q2 i vtroqȝ vterqȝ est actor ⁊ reus: vt. ff. d̄ iudi. l. in istis tribus. vn̄ de cōi di. iudicio videamus ⁊ subijciamus qn̄ habeat locū ⁊ quādo cesset: ⁊ quid veniat in eo ⁊ qualis sit. de quo plene tractatur per totū istum. ti.

Frater tuus. In. l. ista ponit̄ casus talis. frater tuus habebat aliquod predium tecum commune: suā partē vendidit pro indiuiso tenuit venditio sue partis. sed si vendidit totum predium: vēditio non tenuit pro parte tua. vnde conuenies emptorem cōmuni diuidūdo: cuȝ quo prediū cepit eē cōmune tibi. ⁊ si illud p̄diū nō potest diuidi cōmode: adiudicabitur tibi insolidum: si in licitatione vinceres. ⁊ tu damnaberis emptori ad extimationeȝ precij sue partis. ⁊ econtra si emptor obtulerit meliorem conditionē. ⁊ ita obtinuit in licitatiōe: adiudicabitur ei insolidū: ⁊ damnabitur tibi ad estimationem precij tue partis. sed si illud predium potest cōmode diuidi: iudex communi diuidūdo dabit vnicuiqȝ portionem suam terminatam cum suis confinibus. Et vnum sciatis ꝙ res communis post litem contesta. super cōmuni di. iudicio prohibet̄ alienari inuitis cōsocijs. Tex. ex soluta parte precij exponūt quidam ꝙ solūmodo debet estimari pars predij cōsocij: qd̄ nō placet. imo debet exponi ꝙ totum prediuȝ extimetur vt hic: quia maior est estimatio: vt. ff. fami. hercis. l. meuius in fi. Tex. poterit. sub. certis regionibus. Tex. possidebis. ⁊ ita nota. vbi res recipit diuisionem: vnicuiqȝ adiudicatur pars sua: al's adiudicatur alteri: vt institu. de officio iudi. in fine. ⁊. j. eo. l. ad officium. Tex. vt post lit̄. conte. sub. factam super iudicio cōmuni diuidundo. Unde no. hic differentiam inter singularia ⁊ vniuersalia iudicia. i iudicio singulari potest quis alienare partem suam predij ante lit̄. contesta. post lit̄. contest. non potest: vt. j. de litigijs. l. ij. sed in vniuersali iudicio statim lite mota prohibet̄ alienare: vt. s̄. de petitione heredit̄. l. si post motam.

Si probatum fuerit. In. l. ista ponitur casus talis. ego ⁊ frater meus vineas habebamus cōmunes. frater meus solidas vineas obligauit: nūquid potuit hoc facere? Respondeo ꝙ partem suaȝ potuit obligare non meam. ⁊ ideo si partem tuam obligauit: si poteris hoc probare presidi prouincie: poteris agere communi diui. contra creditorem ⁊ ipse iubebit portionem tuam tibi restitui cū fructibus quos percepit de parte tua ⁊ idem preses prouincie de diuisione vinearuȝ. ⁊ si commode diuidi non possunt estimabit partē fratris tui que peruenit ad creditorem: ⁊ estimata ea: soluta sibi pecunia estimationis iubebit tibi restitui parteȝ fratris tui. vel econtra estimata parte tua accepta pecunia a creditore partis tue iubebit transferre ad creditorem. Tex. presidi quia iudici faciendа est fides: vt. s̄. de edēdo. l. p̄curator. Tex. nō potuit. vt. j. si con. res pigno. da. sit. l. j. ⁊. j. ti. p̄ximo. l. si fratres. ⁊. j. si alie. res. pig. da. sit. l. qui prediū. Tex. de parte tua percepit. s̄. l. proxi. dixi. Tex. trāsferre: quia iudiciū communi diuidūdo nedū contra eum qui habet rem cōem intendit̄: imo ⁊ cōtra alium. cum hic agit̄ ⁊c. vt. ff. cōmuni diuidundo. l. vlti.

Ad officiuȝ. In. l. ista. dicitur. si duo agunt iudicio cōi di. iudex qui cognoscit cōi di. debet diuidere res cōes non autē diuisas. ⁊ ideo si ago contra emptorem cui res cōes vēdidisti: d̄beo petere arbitrū si volo discedere a cōmunione vt diuidat inter me ⁊ eos. sed si agitur cōi di. ⁊ aliqui fundi ex pluribus diuidi nō p̄nt: tūc illi fundi estimabuntur iuste ⁊ vnus fundus adiudicat̄ vni ⁊ alius alij. ⁊ cōpēsat̄ hincinde preciū: saluo vt cui obuenit fundus maioris precij alteri cōdēnet̄. vel si forte iudex non cōputaret vtile mihi vel illi: p̄ueniet̄ ad licitationē. ⁊ extrane⁹ emptor admittet̄ ad licitationē: si alter ex socijs eum supabit in licitatione. Tex. tibi ⁊ illi. q2 res cōes veniūt diuidēde. vt. j. ti. prox. l. familie. Tex. admisso. vt. s̄. e. l. j. Tex. p̄fiteat̄. vt. ff. de ali. iudi. mu. cā fa. l. j. ¶ Or segnori vbi res potest certis regionibus diuidi: alteri non adiudicatur: sed diuiditur. ⁊ ad hoc facit insti. de offi. iudi. in fine.

Si maior. In. l. ista ponit̄ casus talis. ego cū sorore mea maiore. xxv. an. res communes habebaȝ ⁊ eas diuisi cum ea: valet ista diuisio si inde facta non fuit scriptura? ⁊ dicitur ꝙ sic alijs probationibus constare de ea potest. sed si soror mea erat minor. xxv. an. nec tempus in integ. resti. petende excessit. an debeat in integ: resti. aduersus diuisionem: preses prouincie estimabit. vnum tamen sciatis ꝙ in communi di. iudicio nō solum veniūt res diuidende vel adiudicāde: sed habet̄ ratio sumptuū ⁊ dāni ⁊ doli ⁊ culpe. Tex. cōuenit. vt. s̄. ti. proxi. l. nō: ideo. Tex. estimabit. quia si ita inuenerit eam lesam restitueretur: al's nō nec enim ⁊c. vt. ff. de mi. xxv. an. l. ait p̄tor. ⁊ dixi s̄. si aduersus transac. l. j. ⁊. ij. Tex. habitur⁹. ¶ Or segnori no. ꝙ in iudicio cōmuni di. habetur ratio dāni ⁊ sumptuū ⁊ doli ⁊ culpe vt h. ⁊. ff. fam̄. her. l. ⁊ puto. §. j. ⁊ super. l. ista tāgit dominus Azo. vnam questionem de qua alibi fecit mentionē. hec. l. dicit fratrē ⁊ sororem diuisisse ꝙ stat̄ diuisioni. sed quid si factum est vt sepe fit in ciuitate ista. duo pluresue frēs vna die sibi adinuicem alloquūtur ⁊ dicūt. diuidamus res n̄ras cōes sine iudice. intrant locū secretuȝ ⁊ diuidunt. nec fit inde aliqua scriptura: nec fuerunt ibi testes: ⁊ ita nō potest probari alijs probationibus. sed postea quilibet possidet partē suam. x. vel. xx. annis. in processu t̄pis isti fratres moriūtur: filij istoꝝ non ita diligunt se vt patres eoruȝ. dicit vnus alteri: non inuenimus bona diuisa: vnde diuidamus. dicit alius credo patres n̄ros diuisisse exquo ꝓ diuiso possederunt in vita sua. x. vl'. xx. annis. ⁊ quilibet subijt onera ⁊ sensit cōmoda. quid erit in questione ista: nunquid in dubio presumemus diuisionē factaȝ? Et certe dicimus ꝙ sic. sicut enim si prestas vsuras certis annis quasi ex p̄cedenti causa debitas presumptio est ꝙ ex causa precedenti: debueris: vt. ff. de vsuris. l. cum de in rem verso. ⁊ pro hoc. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. vlti. ⁊. ff. si ser. vendi. l. siquis diuturno. ⁊. s̄. de serui. ⁊ aqua. l. ij. ¶ Sed quid in rebus corporalibus. constat me possedisse rem aliquam. xx. an. tamen non constat me emisse vel. alio ti. me habere: sed tantum allego hoc conuenior rei vē. nunquid si probo me possedisse ⁊ tenuisse xx. annis. sufficiat? Uidetur ꝙ sic arg. eius qd̄ supradictum est in proxima questione. sed in questione ista dico aliud q̄ȝ in superiori. nam in superiori questione allego factum tuū. vnde taciturnitas longi temporis facit pro me ⁊ preiudicat tibi. sed vbi allego me emisse vel alio titulo me habere ⁊ non probo: allego factum meum tantum. ⁊ si volo probare diutinam detentationē non sufficit. vt. s̄. de pactis. l. si certis annis. ⁊ ibi plene dixi.

In cōmuniōe. In. l. ista dicitur ꝙ nemo in communione detinetur inuitus. ⁊ ideo si habeo tecum rem communem debeo adire presidem prouincie ⁊ potero te prouocare ad diuisionem. Tex. prouidebit: vnde not. h ꝙ nemo inuitus cogit̄ ad communionem ineundam vel detinēdā

detinendam.⁊ ad hoc facit.ff. de condi.inde.l.si non sortez. §.si tibi.c.fallit si pacti sumus ne recedamus a societate.j. tempus:vt.ff.e.l.in hoc iudicio.§.si conueniat. Item fallit si prescriptum est actioni communi diuidundo.xxx.annis. Sed pro deo quando incipit currere prescriptio.xxx.ann. actioni communi diuidun.nunquid ex die qua incidimus in communionem vel ex ea die ex qua volumus ad diuisionem prouocare? Ad quod dicunt quidaz q incipit currere ex ea die ex qua volumus ad diuisionem prouocare non añ ⁊ videtur pro hoc.ff.fami.hercis.l.ij.quia tunc prescribitur ex quo certum est q currit prescriptio non cum certum non est ⁊ pro hoc est arg.j.de prescrip.xxx.anno.l.cum notissimi §.illud.licet non incipiat currere ex ea die ex qua incidim⁹ in communionem.nam si staremus in communione mille annis si possibile esset non prescribitur actioni pro socio vl communi diuidun. Item dicunt ipsi quomodo vnus prescriberet cum quilibet possideat:cum possidenti non currat prescriptio:vt.j.de prescrip.xxx.annorum.l.male agitur. sz certe in questione ista dicendum est contrarium ẜm Joan. ⁊ Azo.q ex ea die incipiat currere prescriptio.xxx. annorũ actioni communi diuidundo:ex qua incidimus in communionem.nam actio communi diuidundo nascitur statim ini ta communione:⁊ pro hoc est.l.expressa.j.de anna. excep.l. j.§.ad hoc.Si dicatur quomodo inuitus detinetur in communione cum sit contra.l.istam.⁊ ei similiter respondeo:nemo tenetur inuitus in communione regulariter:sed fallit si prescriptio aliud suadeat:vt.s.dixi.sed fallit in alijs casib⁹ quos modo.s.dixi. Item non ob.si dicatur q possidenti nõ currit prescriptio:quia illud verum est in rei ven.sed prescriptio diuisioni. Item non ob.ff.fami.hercis.l.j.vbi videtur innui q actio fami.hercis.⁊ communi diuidundo nascatur ex voluntate:qr illud verum non est:sed nascitur ex quasi cõtractu:vt insti.de ob.que ex quasi contrac.nas.§.heres.

¶Communia vtriusq; iudicij tam famili.herciscun.q̃ communi diuidundo.

¶Diuisim de iudicio familie herciscunde ⁊ communi diuidundo in superioribus dictum est.verum quia hec duo iudicia aliqua similia habent.dicit rubrica communia idest similia vtriusq; iudicij:⁊ habent multa similia:quia vtrunq; bonefidei est: vt institu.de actio.§. actionum. Item quia vtrunq; iudicium est duplex:quia in vtroq; vterq; est reus vterq; actor:vt.ff.de iudi.l.in istis. Item quia vtrunq; diuisorium est:vt.j.eo.l.j. Item in vtroq; iudicio alter alteri de euict.tenetur:vt.j.e.l.si fratres.habent enim ista iudicia aliqua dissimilia:quia iudicium fami.hercis.est vniuersale cõmuni diui.est singulare:vt.j.e.l.si filia. Item iudicium fami. hercis.amplius q̃ semel non intenditur nisi ex causa:sz cõmuni diui.sic:vt in preal.l.si filia.§.simul.

Diuisionem. In.l.ista dicitur: duo habent predia communia ex hereditaria causa vel ex alia ⁊ diuidunt inter se:videntur inuicem emere ⁊ vendere:quia diuisio obtinet vicem emptionis.Text.vicem:idest locum vel vicez idest similitudinem.¶Or segnori not.hic q diuisio est quedam permutatio.nam si diuido tecum partem meam quam tibi trado.videor permutare tecum cum parte quaz mihi tradis vt.ff.de rerum permuta.l.j.⁊.ff.de lega.ij.l.imperator in fin. sed permutatio quasi emptio est: vt.j.de rerum permuta.l. ij.⁊.ff.de contrahenda emptio.l.j.nam si diuisio obtinet vicez permutationis ⁊ permutatio est quasi emptio igitur per locum a pari diuisio obtinet vicem emptionis in pluribus: ecce sicut actio que descendit ex empto.est bonefidei. vt institu.de actio.§.actionum.ita actio prescriptis verbis : que oritur ex permutatione diuisionis.vt in preallegato.§.actionum. Item sicut emptori tenetur de euictio.venditor etiã si non promisit:vt.j.de euictione.l.non dubitatur. ita in diuisione vnus alteri tenetur de euictione:etiaz si non promit tatur:vt hic.⁊.j.eo.l.si fratres. Item sicut in emptione venditor tenetur tradere ⁊ emptor tenetur soluere precium venditori:vt.ff.de actio.emptio.⁊ venditio.l.iul.§.offerri. ita in diuisione.non tamen nego quin in aliquibus habeant dissimilitudinem emptio ⁊ diuisio.quia ex pacto nudo diuisionis non nascitur actio:vt.ff.de pactis.l. diuisio. sed in emptione ex nudo pacto nascitur actio.quia ibi solo consensu oritur obligatio: vt.ff.de actio.⁊ obliga.l.ex consensu. ⁊ in.stitu.de ob.que ex consensu nas.in princip.⁊ dixi.s. de pactis.l.legem. Si queratur quid facit hec.l.ad hunc titu.potest dici siue fiat diuisio prediorum communium ex hereditaria causa vel alia in fami.hercis.vel communi di. obtinet vicem emptionis.

Etiam si is. In.l.ista dicitur:si delegatus est iudex vel arbiter:vt inter duos cognoscat iudicio familie hercis.vel communi diui. ⁊ diuisit: siue delegatus est ab eo qui non habuit ius dandi siue ab eo qui habuit ius dandi standum est diuisioni.si partes postea consensu diuisionem approbant ⁊ possederũt ex illa diuisione ex parte cuiusq; trãsfertur dominiuz.Tex.dandi.quia dedit inter non subditos quia inter non subditos non habet iurisditionem : vt.ff.de offi.presi.l.ij.Tex.ẜm placitum possederit:idest ẜm diuisionem per pactum comprobatam.Tex.nactus est:idest consequutus pro sua enim parte habebat dominiuz. Unde no. hic si iudex q habz ius dãdi delegat arbitrum vt inter duos cognoscat iudicio familie hercis. vel communi diui. ⁊ ille delegatus pronunciat super diuisione:standũ est eius diuisioni:⁊ transfertur dominum:vt.s.de pactis.l.traditionib⁹. sed si iudex non habet ius dandi:⁊ iudex delegatus pronũciat super diuisione:sententia lata super diuisione non tenet quia lata est sententia a non competenti iudice:vt.j. si a non competen.iudi.l.j.tamen si postea placuit partibus fiare illi diuisioni:stabitur:⁊ ex illa diuisione transfertur dominum pro parte socij:ideo quia ipsi sine iudice poterant diuidere. Item no.q litigantes factum a non competenti iudice possunt confirmare.vt hic.⁊.s.de iurisdi.om.iudi.l.j.

Maioribus. In.l.ista dicit. non solum subuenit minoribus si in diuisione ledantur : quia possunt restitui:immo interdum maioribus. ecce enim si duo maiores inuicem diuidunt.si vnus decipitur dolo fraude vel perperam subuenitur ei:quia est contractus bonefidei:⁊ in bonefidei contractibus seruatur equalitas.Tex.vel dolo.ex proposito adhibito.vel adhibito per fraudem vel dolum. vel adhibito re ipsa immoderate.Tex.sine iudicio.quia si in iudicio tunc esset solutum indebitum:non ageret condictione indebiti:vt.j.de conditio.indebi.l.j.Text.reformabitur:idest ad equalitatem reducetur.¶Or segnori nota.q non solum minoribus subuenitur:si in diuisione rerum omniuz ex causa hereditaria vel ex alia ledantur. vt.s.titu. proxi.l.si maior.sed etiam maioribus si dolo vel fraude decepti sunt : vt quia dolus dedit causam contractui bonefidei. vnde ipso iure non valet:vt.ff.de dona.l.⁊ eleganter.sed si fiat perperam re ipsa:quia alter decipitur vltra dimidiam iusti precij subuenitur ei:vt.j.de rescin.ven.l.ij.⁊ facit hec lex ad titulũ istum.quia siue fiat diuisio iudicio familie herciscunde vel communi diuidundo obtinet hec lex.

Si patruus. In lege ista ponitur casus talis.patruus tuus habebat tecum bona cõmunia ex causa heredi.vel alia.ipse de bõis cõmunibus emit sibi res suo nomine.non autem erat tuus con socius omnium bonorum.nunquid poteris dicere q res ille sint tue pro parte ⁊ agere vt eas communicet tibi? Certe non.Text.consuli oportet:qr de dimidia precij tibi tenebitur.¶Or segnori nota.si tu habes mecum bona communia ex causa hereditaria vel alia:non tamen sumus socij omnium bonorum.si tu emis res tuo nomine de bõis cõibus: nõ sunt ille res mee pro parte:vt.s.de rei vẽd.l.si ex pecunia.

sed secus esset si essemus socij omnium bonorum. nam tūc agerem actio. pro socio: vt eas communices: vt. ff. pro socio l. societatem.

E instrumentis. In. l. ista dicit frater meus ex causa hereditaria vel alia causa habebat instrumenta cōmunia apud se. & ita facit hec. l. ad titulū istū. nunquid in iudicio fami. bercis. vel cōi diui. potero petere: vt statuat apud quē instrumenta sint? Rñdetur q sic. Text. rector aditus. sub. in iudicio fami. bercis. vel cōmuni diui. vt ita hec lex faciat ad titulum. Tex. estimabit. sub. personis & rebus inspectis. & prius eis descriptis & cautione prestita de exhibendis si quando opus fuerit. & hoc est verum qñ ex consensu oium coheredū vel maioris partis concordare non potuerunt. Tex. apud quē sint: vt ista probantur. ff. fami. bercis. l. que sint cautiones.

Si cū patruo vestro. In. l. ista dr. si cum patruo meo ex causa hereditaria vel alia habeo res cōes & diuisi secum hoc pacto apposito vt iuraret nullum dolum adhibuisse in illis rebus: si non seruat fidem: ille res non videntur diuise. & ideo iterum erunt diuidende. Tex. fecisti. sub. rerum cōiu ex hereditaria causa vel alia: vt ita hec. l. faciat ad titulum istum. Tex. exhibuit qd pōt intelligi dupliciter. vt qr iurauit nullum dolum adhibuisse in illis rebus: sed deierauit. vnde si venio cōtra illaz diuisionē: iuste venio: vt. ff. qui satisda. cog. l. ij. Nec ob. infra de rebus credi. & iureiuran. l. ij. vbi dicitur q satis deū habet vltorem: qr non punietur hic hoc modo: sed puniet: quia non statur diuisioni. vel potest exponi. Text. nec fidem placitis exhibuit. quia non iurauit sed obijcitur q istud sacramentum debet remitti sicut si legatur alicui: si iurauerit facere quid remittitur: vt. ff. de condi. insti. l. qui. sub conditione. §. si quis. Respondeo illud verum est in iuramēto qd iubetur prestari in vltimis voluntatibus: quia illud remittitur preterq̄ in duobus casibus. vnus casus est si legatur ciuitati: si municipes iurauerunt hic: vt. ff. de cōdi. & demō. l. municipalibus. Alius casus est in libertate gestis: vt. ff. de ma. te. l. si ita scriptum sit. sed in contractibus non remittitur sacramentum vt hic: quia sumunt firmitatem ex cōsensu vtriusq; partis.

Si fratres vestri. In lege ista dicitur si plures erant fratres qui habebant prediū cōmune pro indiuiso. & duo ex fratrib⁹ predium cōmune ignorātibus alijs fratrib⁹ obligauerunt: & postea inter eos diuiditur. & illud predium ad fratres qui ignorauerunt illud predium esse obligatum peruenit: nulla facta mentione pignoris: si postea creditores agunt contra eum & euincunt partes predij aliorū fratrum in qbus tenuit obligatio: nūquid isti fratres ad quos peruenit prediū possunt agere ex stipulatu: si stipulatio intercessit vel prescriptis verbis ad interesse? Respondetur q sic. sed si isti fratres sciebant predium obligatum & stipulati fuerint de euict. vel pacto promissum est eis d euict. ipi habent regressum contra fratres de euict. al's non. Text. alioquin. idest si non intercessit stipulatio. ¶ Or segnori in l. ista no. si euincitur res diuisa: agit ille ad quem res peruenit contra illum a quo peruenit ad se. vel ex stipulatione: si intercessit vel prescriptis verbis: si non intercessit stipulatio vt. s. fami. bercis. l. nomen familie. nā diuisio obtinet vicem emptionis: vt. s. e. l. j. dixi. vnde sicut venditor re empta tenetur de euictione: vt. j. de euict. l. non dubitatur. ita vnus alteri in diuisione. & hoc est verum quando ille ad quem peruenit res nesciebat onus rei: sed si sciebat onus rei: nō posset agere de euict. nisi stipulatus vel pactus esset nominatiz de euict. ff. de euic. l. si fundum sciens.

Si inter vos. In lege ista dr: si maiores. xxv. ānis diuidunt res cōmunes ex cā hereditaria vel alia: si facta est bonafide ab ea non potest discedi. Tex. rez cōium. sub. ex causa hrditaria. vel alia: vt fa. ad titu. Tex. terminata. sec⁹ si dolus vl fraus iteruenissz: vt. s. e. l. maiorib⁹.

Familie bercis cūde. Lex ista dicit q iudicium familie bercisců de & communi diui. habent locuz pro corporibus cōibus ex hereditaria cā vel alia: ita demuz si corpora cōia sunt. & hoc est verum de directo dominio: sed vtile iudicium al's dominium habet locum pro rebus diuisis puta pro damno dato. & sic soluitur contra. ff. communi diui. l. in summa.

Scriptura. In lege ista dicitur. si testator dicit i suo testamento se diuisisse inter coheredes oia bona sua & postea inueniatur non diuisisse aliqua bona: certe illa scriptura testamenti non obstat quominus heredes possint petere: vt illa bona indiuisa diuidantur. Tex. continentur. quia dicit testator sciant heredes mei q omnia bona mea diuisi inter eos. Tex. nihil impedit. vnde si aliqua inueniūtur indiuisa veniunt diuidenda: quia ista verba testatoris fuerunt enunciatiua: vnde eis non statur vt hic. & . j. ar. tu. l. si defunctus. nisi testator iuraret ita esse. vt in aucten. de iureiur. q a mo. pre. in prin. sed dispositiue voluntates defunctorum seruantur vt in aucten. de nup. §. disponat.

Possessionuz diuisiones. In lege ista dicitur. si duo habent hereditatem communē ex hereditaria causa vel alia: & in illa hereditate sunt possessiones communes: si in vno predio est vna familia seruorum: qr sunt ibi cōtubernales: vt vir & vxor: pat & filius: frater & soror: & in alio predio est alia familia seruorum: diuisio harum possessionū debet fieri ita q vir ab vxore: pater a filio: frater a sorore non debeat separari. vnde iudex debet ita dicere assigno illi tale predium. & serui q sunt in illo predio ei predio accedant. & illi assigno tale prediū. & serui qui sunt in illo predio ei predio accedant. non autem debet ita diuidere vt seruū communem in vno predio dicat accedere alij predio qr tales persone ita cōiuncte nō debent separari. Tex. possessionum. i. rerum possessarum. sic. j. de probat. l. ij. & dic possessionū. s. communiū ex causa hereditaria vel alia. vt ita hoc faciat ad titulum. Tex. coniuges contubernales. & ita habetis in. l. ista q diuisio possessionum communiū in quibus sunt serui est facienda. ne persone que sunt in illis predijs ita coniuncte diuidantur. & ad istud accedit. ff. de edili. edic. l. plerunq;.

Illud equitatis. Ista lex que ē vltima in titulo isto est noua. l. iustini. & in ea dicitur si pat pro filio suo dedit donat. propter nup. vel pro filia sua dotem: & postea illa donatio vel dos redit ad patrem ex pacto vel ex. l. prouisione. vel si extraneus dedit donat. ppter nup. vel dotem: & postea reuertitur ad partem ex pacto vel ex. l. prouisione. & postea ille pater instituit sibi filios suos heredes: vel extraneus instituit sibi illos tuos filios & nihil de his rebus dixit. & inuenitur q alij tui filij habent tantundem de bonis tuis: quantum fuit donatio propter nuptias vel dos ille filius debet habere precipuaz illam donationem & filia dotem gratia equalitatis seruande. si autem nihil habebant alij filij de bonis paternis: filius vel filia donationem propter nup. vel dotem non habet precipuam. si autem extranei sunt instituti heredes: iste filius pro quo fuit data donatio propter nuptias: vel ista filia pro qua fuit data dos: & nihil in testamento de istis bonis pater dixit: debet habere illam donationem propter nuptias vel dotem. eadem habent locum in auo vel proauo paterno vel materno vl' in auia vel proauia materna vel paterna. hoc dicit ista. l. Tex. equitatis. & ita interest pncipis equitatez seruare: vt in auc. de nō eli. secundo nu. §. penul. & . s. de iudic.

iudic.l.placuit.Tex.stipulatione.idest pacto.quia pacti fuerunt q dos debeat ad eum reuerti.Tex.vel.l.hoc faciente. ex stipulatione tacita:vt.j.de rei vxo.actio.l.j.§.j.Text.illa. scilicet pater.Tex.compositum sit.quia soli fratres fuerunt instituti.¶ Or segnori in.l.ista no. plura notabilia. primo q interest principi equitatez seruare.Et ad hoc facit in auc. de non eligen.secundo nu.§.penulti.7 equitas prefertur rigori iuris:vt.s.de iudi.l.placuit. Item no.si ego pater pro filio meo dedi donat.propter nup.vel pro filia mea dedi dotem vel alius dedit pro eis:7 postea reuertitur ad me.si habeo plures filios:7 instituo mihi heredes:si est alius filius vel filia qui vel que lucratus est donat.propter nup.vel dotem ex bonis meis.filius vel filia donat.propter nupt. vel dotem habet precipuam vsqz ad eam quantitatem quaz habent alij.7 hoc propter discordias cauendas inter fratres: vt arg.ff.de le.ij.l.cum pater.§.dulcissimis.sed si extraneos mihi instituj heredes: filius vel filia habent precipuam donationem propter nup.vel dotem. Item not.q hec.l.in aliquo est hodie correcta: quia iure.C.ex testamento cessabit collatio:nisi aliud diceretur.s3 ab intestato non: vt.j.de collatio.l.penulti.sed hodie illud est correctum:quia ex testamento 7 ab intestato locus est collatiōi:vt.j.de collat. auc. ex testamento.

¶ Finium regundorum.

¶ Sicut superiora iudicia sunt duplicia:ita 7 hic: vt.ff.de iudi.l.in istis. Et not.q hec rubrica ponitur materialiter.7 ideo vt aliquid significet:debet exponi finium regundoruz .s.iudicium subijciamus 7 videamus.vel sub.de actiōe finiū regundorum.Et no.8m antiquā grāmaticā dicit finiū regūdorū:sed 8m nouam deberet dicere finium regendorum.

REgionem. In.l.ista ponitur ita casus.quidam habebat fundum amplum certis finibus terminatum:puta q titius possidebat ab oriente seius ab occidente:ille noluit vendere totū fundum.sed vendidit regionem fundi certam puta dimidiam 7 sic ratione venditionis fines fuerunt mutati.nunquid emptor poterit vendicare quicquid erat inter priores fines?Certe non:sed illud tantum quod sibi vēditum est.Text.finibus mutatis.quia si fundus est meus 7 habet quattuor partes:7 vēdo illi dimidiaz fundi fines mutantur.¶ Or no.si habeo predium certis finibus limitatū si vendo predium totum : non mutantur fines similiter si vēdo partem indiuisam:fines non mutantur.si vendo partem diuisam fines mutantur:vt ista probantur.ff.de. leg.j.l. q in rerum natura.7.l.plane.in fin.7.ff.de verborum significa.l.locus.

Accessionum. In lege ista dicit q fines prediorum habent mutari ex varietate successorum 7 ex nouo consensu vicinorum : quia predijs additur vel detrahitur.Tex.successionū i.successorum.Tex.varietate.verbigratia.vnus est dominus vnius predij:dicitur istud prediuz est talis.si iste decedit relictis.iiij.heredibus 7 diuiditur inter se dicitur istō prediū est talium.Tex.consensu.verbigratia.7 hoc sepe contingit. nam vicini ita dicunt inter se predium meum ex vna parte flectitur in tuum:7 econtra tuum in meum : igitur diuidamus sic:vt ex ista parte habeas vsqz ad talem locum:7 ego habeam vsqz ad talem ex alia parte.Tex. monumenta:idest fines.7 dicuntur monumenta a moneo mones:quia exquo fines positi sunt inter me 7 te:moneor non excedere illos fines vel dicuntur monumenta fines a memoria.¶ Or not. hic q ex varietate successorum 7 ex nouo consensu vicinorum immutantur fines ius tamen commune non immutatur. vnde non debet licere heredi quod non licebat defuncto: vt.ff.de iudi.l.si quis heres.

SI quis. In.l.ista dr.si duo vicini habēt ɔtrouersiā ō finibus eo ipso habēt cōtrouersiā de possessiōe 7 proprietate.vnde si vnus dicit fines sunt ibi:eoipso dicit q possidet vsqz ad locum illum 7 contendit se proprietatem habere 7 econtra.vnde ad officium iudicis cognoscentis super iudicio fi.regun.pertinet mittere agrimensorem 7 videre fines 7 de eis iudicare 7 sic de possessione 7 postea de proprietate.si autem iudex mittit agrimensorem 7 vnus vult ire ad prediuz alter non:similiter agrimensor videbit vsqz ad quē locuz vnus possideat.Tex.coheret.quia si aliquis dicit vsqz ad locum illum sunt fines.dicit se possidere vsqz ad illuz locum.Tex.vt patefacta veritate vsqz ad quem locum possideat vel dominium habeat.Tex.huiusmodi litigium terminetur scilicet per sententiam.Tex.perueniet.7 ita no.q agrimensor mittitur ad locum 7 res subijcitur oculis : vt.ff.eo. l.si irruptionem.

SI constiterit. In.l.ista ponitur pena malis vicinis 7 in ea dicitur.si vicinus meus cōueniebat me iudicio finium regundorum dicendo q turbaueram ei fines inter me 7 ipsum. vna die dicit vicinus meus qualiter litigo cum isto. si ipse vsurpauit de meo vnam perticam:ego vsurpabo de suo.x. vnde venit ad agrum meum:7 vsurpauit de agro meo antequā ferretur sententia inter me 7 ipsum:quam penam debet ipse pati?Respondetur q in tantūdem debet mihi condēnari de suo quantum est illud qd vsurpauit:si in lite fuit superatus.¶ Or segnori no.q ista constitutio habet locum tantum:cum quis vsurpauit tantum post litem contesta. in iudicio fini.re.7 habet locum tantum:cum de finibus agit. Est 7 alia constitu.que habet locum ante litem contesta. 7 post.7 habet locum illa cum agitur de mobilibus 7 immobilibus.j.vnde vi.l.si quis in tantam. Est 7 alia constitutio que inducitur ad tuitionem paganorum. vt.s. de pag a.l. christianis.

Quinqz pedū. In lege ista sicut scriptum inuenitur per dnm Jo.fine per Ri. furiosuz qui scripsit post eum fuit deceptus qdā qui magnus philosophus putabatur.7 dicitur q fuit quidam qui vocabatur magister Petrus baiardi.7 fert de eo q in nocte natiuitatis domini dū esset in curia romana iuit ad ciuitatem parisius: 7 cantauit ibi vnam lectionem matutinarū.7 in mane tempestiue redijt ad curiam romanam corā domino papa.7 multa alia mirabilia ferūtur de eo.7 valde deridebat legistas 7 iactabat se: q nulla.l.esset in corpore iuris quantūcūqz esset difficilis in littera quin in ea poneret casum.7 de ea traheret sanum intellectum.vnde vna die fuit sibi ostensa a quodā ista lex. 7 tunc ipse dixit nescio quid vellit dicere ista lex. vnde derisus fuit.tamen vos ponetis ita casum.olim pauciores erāt homines quā hodie sicut 7 vilior erat terra quā hodie.nā oliz vbi inter duos vicinos erat contentio ratione finiuz de maiori spacio terre quinqz pedum inter eos poterat agi iudicio finiuz regū.sed si inter eos erat contentio de minori spacio terre:puta de vno pede vel de duobus vel quattuor vel tribus vel quinqz.7 hic conuentus iudicio fi.regū. poterat excipere in iudicio finium regū.non venit estimatio quinqz peduz terre vel minoris.sed hodie sublata est ista exceptio. 7 pōt hodie intendi iudiciū finium regū.nedū de spacio terre maiori.v.pedū:imo 7 in minori quātūcūqz quis de alterius finibus occupauerit.hoc dicit.Tex.quinqz pedum prescriptione.sub.q dicebatur de spacio quinqz pedum terre pōt agi finium regun.non de minori.

Cunctis. In.l.ista dicitur iudiciuz fini.regun.non tollit spacio longi temporis idest.x.vel.xx.annorum: sed tollitur spacio longissimi tantum.s.spacio.xxx.annorū.Tex.nō longi.s.x.vel.xx.vt j.de prescri.lon.tēpo.l.vlt.7 pe.Text.habere.q spacio.xxx.annorū tollit omne ius 7 omnis actio:vt.j. de prescriptio.xxx.anno.l. sicut in rem.7.j.de anna. excep. l.j.§.ad hoc.Sed videtur contra.ecce si in fundo tuo sunt x.iugera.7 vendis mihi illum fundū tuum 7 ostendis mihi

ampliora iugera? possum prescribere ti. pro emptore. x. vel xx. vt. ff. pro emp. l. ij. §. si fundum. Ad quod vos dicetis vbi ostenduntur mihi emptori maiores fines prescribam quātum ad dominium spacio. x. vel. xx. quod. s̄. confines ostensum est: vt in. l. contra. non tamen tollitur propter hoc iudicium finium regun. vt termini commodius distinguantur vt hic. ¶ Or segnori per dominum Ioā. ⁊ Azo. queritur hic quando nascatur. Ad quod potest dici ꝙ ex quo turbantur fines: ⁊ extunc currit prescriptio. vel potest dici vt dicatur ita iudicium fini. regun. natum est ex quo predia fuerūt finibus distincta. ⁊ nou potest intendi nisi turbentur fines sicut act. indirecta pig. act. que statim nascitur de re pignorata: sed non competit nisi demum soluta pecunia: vt. ff. de pigno. act. l. si rem. §. omnis. ¶ Secundo queritur hic. nunquid istud iudicium sit mixtum. i. in rem ⁊ in personam? Ad quod potest dici ꝙ sic sm Azo. est enim in personam: quia datur contra mutantes ⁊ turbantes fines. Est in rem: quia in ea queritur de dominio: vt. ff. e. l. j. ¶ Tertio querit̄ hic. nunquid istud iudicium est bonefidei: vel stricti iuris? Ad quod dixerunt quidam ꝙ est bonefidei: vt iudicium fami. hercis. vel communi diui. vt insti. de act. §. actionum. sed certe nos dicimus ꝙ est stricti iuris: quia nō numeratur in bonefidei contractibus: vt in prealle. §. actionum. Si dicis: cur istud iudicium est stricti iuris: ⁊ alia duo iudicia scilicz fami. hercis. ⁊ communi diui. sunt bonefidei? Respondeo: quia plerunqz in isto iudicio adiudicatur mihi quod est alterius. sed in iudicio fami. hercis. ⁊ communi diui. adiudicatur mihi soluz quod est commune. vel potest dici ꝙ ideo est istud iudicium stricti iuris quia competit inter vicinos: sed illa duo iudicia inter coheredes. ¶ Quarto queritur per domi. Ioan. ⁊ Azo. hic. vnde nascitur istud iudicium? Et certe videtur ꝙ non nascatur ex contractu vel quasi. quia non est contrahere vel quasi. ex delicto vel quasi non: quia non est delictum vel quasi. vnde dixerunt quidam ꝙ nascitur ex varijs figuris causarum. vt conditio. furtiua. vt. ff. de actio. ⁊ obligatio. l. j. Uel potest dici sm Ioan. ⁊ Azo. ꝙ istud iudicium est datiuum propter turbationem potius q̄ȝ natiuum sicut dixi in actio. prescriptio. versi. s̄. de transact. l. cum mota. ⁊ probatur hoc. ff. eo. l. vltima. ¶ Ultimo nota ꝙ in iudicio fini. regun. venit diuisio facienda: qꝛ iudex ponendo terminos diuidit meum a tuo cum istud commode potest fieri. venit etiam in eo adiudicatio facienda: quod est propter flexuras. nam vnum predium flectitur in aliud ad modum gambe. Aliquando ad modum gaxde: ⁊ tunc non potest fieri diuisio nisi adiudicaretur. Aliquando flectitur ad modum vnius pontis. ⁊ ad hoc accidit insti. de offi. iudi. §. penulti. in fi. ⁊ habet locum istud iudicium in predijs rusticis. sed in vrbanis non habet locum directū. sed vtile: qꝛ sunt vicina non confinia: vt. ff. e. l. ij. ⁊. l. iiij. in fi.

¶ De consortibus eiusdem litis.

¶ Superiori titulo dictum est de consortibus eiusdem hereditatis vel rei: vel qui habent predia confinia. verum quia sunt aliqui consortes eiusdem litis subijcitur hic titulus. ⁊ dicuntur consortes eiusdem litis: qui super eadeȝ actione mouent litem agēdo vel respondendo: vt. j. e. l. j. ⁊. ij.

Explosis. Segnori aduocati maliciosi habebant olim quādam exceptionem: que recessit ab aula. naȝ vbicunqz aliquis conueniebatur: dicebat ipse: non potes me conuenire: quia talis est consors meus: qui est absens: vel non est in prouincia. sed hec exceptio recessit ab aula: quia si plures sunt consortes: omnes possunt conueniri: si sunt presentes. ⁊ etiam vnus ⁊ omnes possunt agere. ⁊ etiam vnus. Tex. pandatur. vnde omnes possunt conueniri ⁊ respondere ⁊ vnus pro sua parte. verumtamen cum omnes conueniuntur: debent conueniri ad eundem iudicem ne cause continentia diuidatur: vt. s̄. de iudi. l. nulli.

c **Commune.** In. l. ista dicitur: si plures mouebant eandem actionem: vnus se absentauit: nunquid ille qui presens est: potest perficere litem? Certe sic satisdando ꝙ absens ratū habebit. Item est si plures conueniuntur ꝙ vnus potest perficere litem satisdando de iudicato soluendo. Tex. negocium. sub. in agendo ⁊ respondendo. Tex. parati sunt. ⁊ hoc est verum in agendo. ⁊ idem in respondendo: vt. j. subijcit statim. Tex. firmauerint. sub. iudicium pro absente. ¶ Unde not. hic. nemo experitur regulariter sine man. vt ff. de prescrip. ver. l. naturalis. §. vltimo. Fallit in consortibus eiusdem litis. sic ⁊ alibi speciale est in marito ⁊ in coniunctis personis. s̄. de procura. l. maritus. ⁊. ff. de procura. l. sed ⁊ he persone. in principio. ⁊ in alijs casibus quos no. s̄. de procura. l. j. Item not. hic vbi aliquis intercedit pro aliquo ante litē conte. debet satisdare. si petatur ab eo post litem conte. non satisdat: vt. ff. de procura. l. pompo. §. rati. sed si procura. intercedat post li. conte. tunc potest peti post litem conte. vt satisdet vt hic.

¶ De noxalibus actionibus.

¶ Ista rubrica ad precedentia potest dupliciter continuari. ⁊ duo modo sic. quia actio. l. aquil. ex delictis seruorum competit: vt. j. e. l. ij. inde sumpta occasione ponit de noxalibus actionibus. Uel potest alio modo continuari: quia in rei ven. ⁊ in confesso. ⁊ in. l. aquil. habetur ratio damni dati: ⁊ per noxales actiones puniuntur damna data a seruis: ponit de noxalibus actionibus. Et dicuntur noxales a noxia qđ est delictum. vel a noxa qđ est caput delinquēs: vt insti. e. ti. in prin. Et not. ꝙ noxalis actio est cognomen que actio cognominatur furti contra liberum: cum furtum est commissum a libro. hec eadem actio cognominatur furti noxalis: cum furtuȝ commissum est a seruo: vt insti. e. §. oīs. vñ de noxa. act. videamus quibus dentur ⁊ que ⁊ ad quos ⁊ ad quid ⁊ quales sint.

Si existat. In. l. ista dicuntur tria principaliter. Primo dicitur. si liber homo ex hereditate patris mei mihi delata: ⁊ ea adita ⁊ apprehensa possessiōe subtraxit certos nummos: possum agere contra illū liberum ⁊ nummos extantes vendicare ⁊ act. ad exhibendum agere ⁊ petere eos mihi exhiberi. ⁊ ipsum possum conuenire act. furti ⁊ condi. furtiua. Secundo dicit̄. si seruus alienus nūmos ex hereditate patris mei mihi subtraxit: furti noxalis mihi cōpetit contra dominum. sed si ille seruus manumittitur: que primo erat noxalis contra dominum datur directa contra eum seruuȝ manumissuȝ quia noxa caput sequitur. Tertio dicitur. si iste seruus qui subtraxit nummos ex hereditate erat patris mei: fit furtum. verūtamen nō est nata contra eū furti noxalis. ⁊ si postea manumissus est: nō datur contra eū directa furti noxalis: nisi post manumissioneȝ illos nūmos contractet: quia tūc tenet̄ furti ex noua cōtractatione. Tex. nūmorum. quia ibi quando extant possunt vendicari ⁊ ad exhibendum peti: vt hic ⁊. ff. si cer. peta. l. filiusfamili. secus si consumpti sunt ⁊ dicuntur consumpti eoipso ꝙ cum alienis sunt mixti: vt. ff. de solu. l. si alieni. ⁊ tunc non vendicantur. sed potest agi ad exhibendum: quasi ille dolo desierit possidere vel conditio. furtiua. vel sine causa: vt. ff. si cer. peta. l. si ⁊ me. ⁊. ff. de conditio. furti. l. in re furtiua. Text. ex patris tui hereditate. si vultis exponere ex patris tui hereditate scilicet iacente: tunc non haberet locum furti actio: qꝛ rei hereditarie non fit furtum: vt. ff. de furti. l. rei vel si vultis dicere ⁊ exponere adita hereditate ⁊ apprehensa possessione tunc competit actio. furti. vt. ff. de cri. expi. here. l. ij. Text. ab eo quem libertum esse: tempore furti perpetrati. Text. nam quamuis. Incipit secundum dictum: ⁊ loquitur in furto facto a seruo alieno. Text. teneatur. nam si seruus faciat mihi furtum: tu teneris furti noxalis: vt. j. eo. l. ij. sed si tu manumittis eum: datur contra eum directa actio: que noxalis actio furti erat contra dominum: vt insti. eo. §. omnis. Text. non competit: quia est ex delicto. ⁊ ideo non datur contra heredes: nisi lite contesta. vel quantum ad eos peruenit:

eos peruenit: si est rei persecutoria: vt institu. de actio. §. non tantum. Text. cum tamen. Incipit tertium dictum ꝛ loquitur quando seruus subtraxit nummos domino suo. Tex. quãuis furtum committat. quia contractat inuito domino animo lucrãdi. ꝛ furtum est rẽ. vt. ff. de furtis. l. j. Tex. non est nata impediente dominica potestate. Tex. locum habet: idest efficaciter directa. Tex. contractet. quia non ex noua contractatione habet fieri furtum. Et in. l. ista no. sicut cetere res extantes possunt vendicari: ita nummi extãtes possunt vẽdicari: vt corpus: vt. ff. si certum peta. l. cum fundus. Item no. ꝙ licet noxales actiones sint in personam: scripte sunt in rem: quia presequuntur rem: vt. ff. e. l. non solum. ꝛ. l. se. Item no. ꝙ si seruus subtrahit rem domino fit furtũ sed non datur furti actio impediente dominica potestate: vt. ff. qui sunt sui vel alie. iuris. l. j. ꝛ. ff. de furtis. l. seruil. ꝛ de ista materia scilicet ꝙ aliquando fit furtuȝ. ꝛ competit actio furti ꝛ aliquando fit furtum: ꝛ non datur actio furti. plene dixi. j. de seruis fugi. l. seruum. ¶ Or segnori ad vnum quod hic dicitur instatur. hic dicitur: si seruus subtrahit nũmos domino. fit furtum: ꝛ non datur actio furti. ꝛ si postea manumissus est: non datur contra eum noxalis: nisi de nouo contractet: ergo videtur ꝙ ex assidua contractatione fiat furtũ. sed. l. est contra. ꝙ ex assidua contractatione non fiat furtum sed ex prima. vnde videtur contra. ff. de furtis. l. ei qui. in prĩcipio. Respondeo ex assidua contractatione non fit furtum cũ ex prima contractatione nascitur actio furti: vt in. l. s̃. sȝ cum ex prima contractatione non nascatur actio furti: vt in l. nostra nascetur ex posteriori vt hic.

In. l. ista dr. Quedam mulier eutichia nomine erat ancilla: vel detinebat in possessione seruitutis. ⁊ hoc poterat probari instrumétis emptionalibus. ista eutichia quid fecit? subtraxit instruméta domino suo: postea proclamat in libertatem: nũquid dz probare se liberã? certe sic. nó aũt poterit vti illis instrumétis. sic ergo si eét in libertate ⁊ peteret in seruitute: cum istis instrumétis non posset probari: sufficit probare esse subtracta instrũa emptionalia. Tex. eutichia. s. ancilla. Tex. bis. s. instrumétis. Tex. non est alijs iudicijs opus. sub. hoc casu. Tex. sufficit. quod est odio ipsius subtrahétis instrũm. sed si ꝓbaret instrũm casu fortuito amissum: alijs indicijs esset opus: vt. j. de fide instru. l. sicut iniquum est. ⁊. j. ti. proxi. l. testium. in fi.

Ꝺ ꝓbationez seruitutis.

In. l. ista no. ita casuz. Quidam erat in possessione libertatis. ego petebaz eum in seruituté dicens eum seruũ meum esse: ⁊ mihi debere seruilia ministeria prestare. ⁊ probo ꝙ frater gliconis ⁊ mater sua prestiterũt mihi seruilia ministeria: nunquid ista sufficiant ad probationé? certe non. qꝛ potest esse ꝙ iste glico est ingenuus homo: ⁊ prestat seruilia ministeria. Itez pót esse ꝙ iste glico est liber homo: ⁊ fratres sui serui sunt. Item qꝛ non prohibet de pluribus seruis ex eadem matre natis: vnum libertaté adipisci. Item qꝛ mater sua posset esse libera: ⁊ tamen prestitisset seruilia ministeria. Tex. eum enim neqꝫ. hec est ratio quare non sufficit. Tex. adipisci prohibeat. qꝛ bene potuit vnus ad libertatem perduci. ¶ Oꝛ segnori habetis hic vt dixi in casu. Et est ratio: quia sepe liberi homines prestant seruilia ministeria: vt. ff. de vsu. ⁊ habi. l. ceterum. §. proculus. Preterea qd debet nocere si frater meus ⁊ mater mea prestiterunt seruilia ministeria cum mater mea esset libera cum consensu matris ⁊c. vt. s. de transac. l. matris. ¶ Modo segnori super. l. ista formabo vnam questionem de qua est dubitatuz aliquãdo in ciuitate ista: ⁊ posset dubitari vbiqꝫ terrarum. Et est questio talis. Quidam nobilis vir maritauit filiam suam: ⁊ huic filie sue deputauit vnam domicellam vt ei seruiret. ista domicella bene fuit per. xxx. annos in seruitio illius domine. postea mortua ista domina: ista domicella suscepit prolé. ⁊ ista proles erat in possessióe libertatis. ⁊ ita postea ista domicella mortua est. ista proles petebatur in seruitutez a filijs domine: vt prestaret eis seruilia ministeria. Nũquid ex hoc ꝙ mater prestitit seruilia ministeria per. xxx. an. presumetur contra prolem? Dixerunt quidaz ꝙ sic. Et hoc videtur probare tribus modis. ⁊ statim per quãdam glo. j. de inge. ma. l. ingenuam. Ité secũda ratione videntur probare p quãdam glo. domini Azo. que nulla. l. sustentat. Nam vos inuenietis ita. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. Sicut in vsuris si allego vsuras debitas ex causa efficaci: si non probo causam efficacem sed diurnũ officium debeo vincere: ita in decimis ⁊ in qualibet seruitute. Item ꝓbant ipsi hoc ⁊ tertia ratióe per arguméta: qꝛ quilibet debet p̄sumi talis qualis exterior radix eius declarat. vñ illi qui vadũt per viã: ⁊ maxime scholares qñ vadunt coram prudétibus debét videre qũo incedant. nã qs p̄sumit talis qualr exterior radix eius declarat. Sicut legit de honesta matrona que inceditveste meretricali ⁊c. vt. ff. de iniur. l. item apud labe. §. siqs virginem. Item qꝛ quilibꝫ presumit esse in illo statu vbi inuenit: vt. j. de ser. expor. l. moueor. Sic si natus est quis ex ancilla presumitur seruus: vt. s. de rei vendi. l. partũ. Itez si aliquis fungit publicis muneribus: vt paterfamil. p̄sumit ꝙ sit pr̃famil. vt. ff. ad macedo. l. iij. in princ. Sed certe in qóne ista ꝯtra. dicendum est: qꝛ si liber homo aliqñ prestitit seruilia ministeria: non prescribit libertati illo té pore: vt hic expresse dicit. Et facit ad hoc. j. de p̄scri. que pro libe. nó aduersus libe. oppo. l. vlti. Tamen verũ est: ꝙ si detineo aliquez bonafide ꝙ fingor possidere. Item qꝛ in dubijs fauemus libertatibus: vt ff. de ali. iudi. mu. cã facta. l. iij. ⁊. ff. de reg. iur. l. libertas. ⁊. ff. de re iud. l. inter pares. Non obstante glo. j. de ingenuis: qꝛ non probat. l. aliqua. Item non nocet q̃ztum ad probanduz seruum: sed q̃ztum ad cómoduz possessionis sic nocet. Item non ob. glo. ff. de in rem verso: qꝛ intelligo eam in seruitutibus personalibus: ⁊ in vsu ⁊ in vsufruc. qꝛ in eis pót ⁊c. vt dixi. s. de seruit. ⁊ aqua. l. j. Et qꝛ liberalis causa equiparat criminali. vnde sicut in criminali requirunt ꝓbationes ⁊c. vt. j. e. l. vlti. ita in causa liberali. Uel esto ꝙ illa glosa nó intelligeret in seruitutibus personalibus. l. non probat. imo est ꝯtra. l. istam. Item no. ꝙ talis presumit quis qualis exterior actus indicat: qꝛ istud noceret q̃ztum ad cómoduz possessionis: non probat eum seruũ. Item nó est sufficiens probatio ꝙ mater prestitit seruilia ministeria: qꝛ quãdoqꝫ liberi homines prestant seruilia ministeria: vt. ff. de vsur. ⁊ habita l. si hominem. Et ista eadem questio est notata: vt in preal. l. ⁊. ff. de vsur. l. cum de in rem verso.

Actor.

In. l. ista póitur casus talis. Petebam a te. c. coraz cópetenti iudice: ⁊ litem ꝯtestando negauisti te quicq̃z mihi debere. postea facio positiones: ⁊ pono ꝙ tali die numeraui tibi. xx. ⁊ tali die quinquaginta. tu omnia negas. dixi ego credo ꝙ si ego ponerẽ tibi ꝙ deus esset in celis: tu negares. vñ dñe iudex protestor coraz vobis ꝙ deinceps nolo probare nec etiam possum probare sed volo ꝙ cogatis euz probare ꝙ illa. c. ei nó numeraui ex quo omnia negat. nunquid sum audiẽdus a iudice? Certe nó: qꝛ actor ꝙ asseuerat debet probare. Nec ꝓpter hoc astringit reus ad ꝓbandũ: si actor profiteatur al's protestat se nolle nec posse probare cum factũ negantis per rez naturam. i. per earũ ꝯsuetudiné nulla est probatio. Tex. ꝓbandi contrariũ. i. se non debere. Tex. nó astringit. sub. sed quare nó? Certe hec est ratio que sequit. Tex. eum ⁊c. probatio nulla sit. ¶ Oꝛ segnori quid vult istud dicere? Et certe antiqui qui subtilizabant dixerũt ꝙ hoc volebat dicere. illud qđ est bene pót probari per genera ⁊ per species. qꝛ si volo probare hominez esse animal: dico homo est substãtia. substantia est animal. ergo homo est aial. Sed istud qđ nó est: nó recipit genera ⁊ spés: ⁊ ideo nó pót probari. sed asseueratio que est per genera vel per spés potest ꝓbari. Sed certe hec expositio lz sit vera: tñ nimis est obscura: ⁊ ió vos ita exponetis. Actori affirmanti incumbit onus ꝓbandi: qꝛ natura causarũ ita approbauit. Tex. cũ per rerum. i. causaꝝ. ⁊ sic exposui vno mó. s. de edẽdo. l. is apud qué res agit. Tex. naturã. i. ꝯsuetudiné. Nam ꝯsuetudo est altera natura: vt. ff. ad mace. l. j. in prin. Tex. factũ negantis. sub. affirmãtis. nã per locũ a ꝯsuetudine est introductum: vt affirmanti incumbat onus ꝓbandi: cum ꝯsuetudo obtineat vicem. l. vt. ff. de le. ⁊ senatusconsul. l. de qbus. ¶ O segnori. circa. l. istam est aliquãtulum insistendum. Uos habetis hic ꝙ actori affirmanti incumbit onus probandi. Et ad hoc concor. s. de eden. l. qui accusare. ⁊. s. e. l. ij. ⁊. ff. e. l. ij. ⁊. ff. de rei ven. l. res. Istud est verũ nisi reus vltro suscepit onus ꝓbationis in se: qꝛ tũc mos ei gerẽdus est: vt. ff. e. l. circa. Itez est illud verũ ꝙ actori incũbit onus probãdi: nullo ꝓ actore credito vel p̄sumpto: al's secus. vt. ff. e. l. si pactũ. ⁊. l. si cyrographuz. ⁊. l. cuz indebito in prin. ⁊. §. j. ⁊. j. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. ét. ⁊. ff. de dona. inter viruz. ⁊ vxo. l. quintus. Itez fallit in quibusdã criminibus in quibus actori meo incũbit onus probandi: vt est in crimine falsi: ⁊ in crimine expugnate patrie. vt. j. de aboli. l. fallaciter. §. vlti. ¶ Oꝛ segnori in. l. ista in fine signant infinita cótraria: qꝛ inuenio ꝙ negãti incumbit onus probandi: qꝛ. l. dicit: si aliquis dicit se condẽnatum non esse: probat: vt. s. de erro. aduoca. l. ij. Ad quod respondet ꝙ ꝓbat aliquis se ꝯdẽnatum nó esse eoipso ꝙ nó probat condẽnatus. Naz plerũqꝫ aliquid probatur eoipso ꝙ contra. non probatur: vt. ff. de iur do. l. dotem. Uel potest

dic

dicī.ibi dicebam te cōdemnatuꝫ.tu dicebas ꝙ non.ꝛ dicebas iudicem decessisse per octo dies anteꝗ̃ esses condemnatus.vñ probas per medium.vt.j.de ꝯtrabē.ꝛ cōmit. sti.l. optimam.¶ Sed denuo.l. vr̄ velle.ꝙ qui negat probet.vñ videt̄ contra.j.de codicil.l.nec codicillos.Segnori breuis est responsio:qꝛ aut aliquis negat factuꝫ se nō debere:ꝛ tūc affirmanti incūbit onus probādi vt hic. Aut aliquis negat ius:puta dicit te non potuisse codicillari:qꝛ tūc ipse hoc dꝫ probare. Uel pōt dici si non est mera negatiua que non hꝫ implicitam affirmatiuam:vtputa nō pmisi:hoc casu debꝫ probari ab affirmante: vt extra de ele.c.bone memorie. Si autē habet implicitam affirmatiuam: vtputa nō potest codicillari qꝛ impubes:dꝫ qui negat hoc probare.¶ Sꝫ denuo lex videt̄ contra.que dicit cum sit inuētarium debent adesse tres testes qui subscribāt in auc. de here. ꝛ fal.l.sancimus. Si dicunt nō fuisse ꝯscios huius malignitatis : ergo deponunt super negatiua. Rñdeo. illa negatiua resoluit̄ in affirmatiuam.ꝛ eodeꝫ modo soluit̄ aliud contra.vbi dicit̄ ꝙ qui eligitur in epm̄ debet probare se non habuisse vxorem.nam probat eoipso qđ cōtra.nō probatur.vel ꝓbat per mediuꝫ si probat ꝙ toto tempore vite sue fuit in celibatu. Ad solutionem eoꝝ contrarioꝝ ꝛ vt plene liqueat articulus iste ita consueui distinguere:ꝛ ita distinguendum est. Est negatiua qualitas.Est negatiua iuris. Est negatiua facti. Dicit̄ negatiua qualitas illa vbi qualitas negatur:vtputa cum nego te idoneū vel nego te dignū: vel cum nego te esse diligenteꝫ certe hec negatiua debet probari a negante qꝛ de iure oēs presumunt̄ idonei ꝛ digni ꝛ diligentes ꝛc̄.vt.ff.de le.ij.l.cuꝫ quidam fideicōmis.ꝛ.l.cum pater.§.rogo. ꝛ al's.§.libertus. Item cuꝫ nego te gratū probare debeo te esse ingratū:vt.s. de inoffi.te.omnimodo. Item dixerunt Jo. ꝛ Azo.cū nego te non soluēdo debeo probare:vt.ff.de ma.te.l.seruos.Sed fallit fauore pupilli:vt.s.e.l.corpora. Uel dicatis negatiua qualitatis que respicit personam debet probari a negante.
Negatiua que respicit rem nō debet probari a negāte sed ab affirmante:vt.ff.qui satisda.co.l.si vero.§.qui pro re. Est negatiua iuris:vtputa nego de te iure te posse postulare:vel nego emancipationem de iure esse factam. Et ista negatiua iuris debet probari a negāte. qꝛ omnia presumunt̄ licita ꝛc̄. vt.ff.e.l.ab ea parte.ꝛ.l.si pactum.ꝛ.ff.ex qui.cau.maio.l.nec non.§.sed qꝛ.Secus est in exceptionibus que concedunt̄ a iure:vt est exceptio nō nu.pec.dotis: qꝛ tunc illas exceptiones probat actor nisi sit renūciatum: vt.j.de non nume.pec. l.si ex cautione.ꝛ.l.in contractibus. Est negatiua facti: vt si nego me tibi debere.x.ꝛ in ista videtur ita dicendum. aut ista negatiua facti habet in se implicitam affirmatiuam: ꝛ a negante probatur:vt in preallega.l.nec codicillos.Aut ista negatiua facti non habet in se implicitam affirmatiuam: vt qꝛ dico non feci hoc : ꝛ tunc ista negatiua non probatur directe vt hic:sed probatur per mediuꝫ siue per obliquū: vt.j. de contrahen.ꝛ cōmit.stipu.l.optimaꝫ. ꝛ insti.de inuti.sti.§. item verborum. Odo.

Habemus. In.l.ista di:.Si aliqs producit scripturam suspectā ex parte scribētis ꝛ ꝓducētis ꝛ ex serie scripture:dꝫ probare eaꝫ verā esse ille qui ꝓducit eam:al's tanꝗ̃ falsarius erit puniendus.Tex. q scripturas suspectas.sub. ex persona ꝓducentis vl' scribētis: vel ex serie scripture.Et est suspecta persona scribētis:vt si ꝯsuetus est scribere falsa instrumēta qui istam scripturā cōposuit:vt ar.ff.de accu.l.si tibi.§.ijsdem.ꝛ ar.ff.de re mi.l.nō omnes.§.a barbaris.cum suis similibus.Item est suspecta ex persona ꝓducentis : si consuetus est ꝓducere mala instrā: vt ar.predictarū.ll.Iteꝫ est suspecta ex serie scripture:vt si in loco suspecto est abrasa vel vitupata:vt arg.j.de edic.di.adri.tol.l.vlti. in prin.Tex. cōminiscunt̄.i.producunt vel cōponunt. Tex.ꝓmpserint.i. ostenderint.Tex.astrinxerint.i.probauerint. Tex. detinendos.sub.ꝛ puniēdos.¶ Or segnori in.l.ista no.duo ex quibus scriptura iudicatur esse suspecta ꝛ iudicat̄ suspecta ex causis de qibus dicit̄ hic.¶ Iteꝫ scđo no.ꝙ spāle est in.l. ista ꝙ aliqs puniat̄ sine accusatore. ꝛ ad hoc magistraliter allegatur quottidie.l. Et superficialiter intelligens iuraret ad sancta dei euangelia ꝙ nihil dicit de hoc.sic ꝛ alle.j.de fide instru.l.iudices.ꝛ.l.vlti.ꝛ.j.proxi.tit.l.nullum.ꝛ.ff.ad.l. iul.de adult.l.j.§.si publico.Regulariter tamen est cōtra:vt ff.de mu.ꝛ ho.l.rescripto.§. siquis.

Sciant cuncti. In.l.ista dicit̄. Si aliquis accusat aliquē de crimine publico:dꝫ hoc probare testibus ꝛ apertissimis documentis luce clarioribus. Tex. documentis .i. scripturis. Tex.ꝛ luce.sub.meridiana.ꝭm Azo qꝛ sicut lux est clara in meridie:ita iste probationes debēt esse clare:cum de salute hominis tractatur.vt.j.de penis.l.qui sniam.ꝛ.j.de accus.l. singuli.tamē aliquis ex presumptiōibus dānatur.vt.j.ad.l. iul.de adul.l. siqui. Iteꝫ si denunciaui tibi ne loquereris cū vxore mea: ꝛ postea spreta denunciatiōe allocutus ei fuisti vt in auc.vt lice.ma.ꝛ auie.§.penul.

¶ De testibus.

¶ De probatione in genere superiori ti.habuistis: verū qꝛ probatio est multiplex ꝛ alia fit ꝑ testes ꝛ alia ꝑ instrā.ꝛ validior est probatio testiū ꝗ̃ instroꝝ:qꝛ plus credit̄ viue voci ꝗ̃ mortue:vt in auc.de fide instru.§. sed si instrā. ideo ponit primo de testibus.Et pōt hec rubrica ita exponi.de testibus idest de ꝓbationibꝰ que ꝑ testes habēt fieri.vel de testibꝰ.i. de personis testiuꝫ:que admittuntur ꝛ que nō.Et testes qui admittant̄ habetis.j.e.l.nullum.ꝛ.l.si qñ.ꝛ.l.vlti. ꝛ de testibus q repellant̄: habetis.j.e.l.ēt.l.parentes.ꝛ.l.eos.

Si tibi. Segnori ista.l.legit̄ duobus modis.Et vno mō legit̄ ꝛ intelligitur in actore: ꝛ tunc snia huius.l.est plana.sꝫ lrā huic lecture obuiare vr̄. Legitur scđo mō i reo:ꝛ huic lecture alludit littera.sꝫ snia huius.l.obuiare vr̄:ꝛ snia aliarum legū. Sed ego in.l.ista primo ponaꝫ casum in actore. ꝛ in.l.ista no.ita exemplū.Accessi ad principē ꝛ coram eo talem proposui qōnem.dñe imperator sum homo ingenuus.i. natus de libero vētre.quidā detinet me in possessionē libertinitatis dicēs me libertū suū:ꝛ a me tanꝗ̃ a liberto suo recipit operas ꝛ obsequium.sꝫ qꝛ vētum est in noticiam meaꝫ me eē ingenuū ꝓuocaui de possessione libertinitatis ad ingenuitatē ꝛ petij coram cōpetēti iudice me ingenuū declarari.Modo quero a vobis qualiter debeo me probare ingenuum:aut ꝑ testes vel ꝑ instrā nataliū? Nā quidam dicunt mihi ꝑ testes tm̄.Ad qđ rñdet imperator.si tibi qđ libertinitatis fiat. defende.i.age cām tuaꝫ viriliter.ꝛ siue poteris ꝓbare testibus te ingenuū:siue per instrā natalium: siue alijs indicijs ꝛ ꝓsumptionibus:tu vinces.qꝛ nō solummō testes sufficiunt ad probationē ingenuitatis .h.d.ista.l. Et ꝭm istā lecturam dꝫ exponi ita lrā:qꝛ vt dixi coriū huius.l. videtur discordare:ꝛ vr̄ velle ꝙ ego non prouocabā de possessione libertinitatis in ingenuitatē:sed petebar ego de possessione ingenuitatis in libertinitatem dum dicit. si tibi controuersia ingenuitatis fiat defende causam tuam. vnde exponetis sic. si tibi: idest a te controuersia ingenuitatis fiat.sub. agendo. defende causam tuam:idest age. Sic ꝛ alibi exponitur .ff.de his qui no.insa.l. furti.§.siquis. sic.ꝛ econtra age: idest defende: vt.s. de iur̄ ꝛ fac.ignorā.l.j.ꝛ.ff.de edendo.l.j.§.j.nam licet proprie dicatur reus defendere ꝛ actor agere : tamen vnum sepe accipitur pro alio. Sic etiam est alibi in verbo experiri vt.ff.de re iudica.l.sepe.§.j.
¶ Or segnori sequitur in littera.instrumentis ꝛ argumentis.i.alijs indicijs ꝛ presumptionibus:quibus potest.Tex. soli etenim testes ꝛc̄.¶ Or segnori hec littera pōt legi dupliciter.Et vno modo sic.soli etenim testes.i.solummodo testes ad ingenuitatis probationem nō sufficiunt:quasi aperte dicat.ꝓba te ingenuū vel testibus vel instrumētis natiuitatis tue vel alijs indicijs ꝛ presumptionibus: qꝛ soli testes nō sunt necessarij ad probationē ingenuitatis tue.ꝛ ita hec dictio soli .materialiter al's nominaliter hic posita : resoluitur in aduerbium. Similis expositio not.alibi.ff de ꝟsu

⁊ habi.l.ij.⁊.ff.de vulg.⁊ pu.sub.l.qui liberis.§.hec verba. Sic ⁊ alibi sumit in diuina scriptura.non in solo pane viuit homo.i.non soluz pane: sed gratia spiritussancti.Ergo ⁊ testibus ⁊ instrumētis ⁊ alijs indicijs ⁊ alijs presumptiōibus probat̄ de ingenuitate vt hic. ⁊.j.tit.j.statum. ¶ Potest exponi secundo modo hec littera. soli etenim testes ⁊c.i.sola testium depositio ad ingenuitatis ꝓbationē.Tex.non sufficiunt.sine redditione rōnis sui dicti vel cause.quasi dicat tu qui ꝓuocas ingenuitatē: proba te ingenuū testibus qui dicant te ingenuū: ⁊ assignent rōnem siue cām tue ingenuitat] qui dicant sic.scio te titium ingenuū q: natus fuisti ex libera muliere tali.Si aūt dicit testis scio titium ingenuū: ⁊ querat̄ ab eo quō sciat.⁊ ipse dicat nescio: vel nō vult dicere.hic nō sufficiunt soli testes nisi reddant cām siue rōnez sui testimonij: vt in auc.e.§.⁊ licet i bi ⁊ causam.⁊ dicet.j.e.l.nō solum. ¶ Sed ad istaz expositionē leges vident̄ velle ꝯtra.dicere. ⁊ vident̄ velle ꝙ sufficiat testē simpliciter affirmare vel negare:adeo vt nō sit necesse reddere cām sue affirmationis vel negationis. Et ideo dicit.l.satis est si dicant testes nos fuimus pñtes ꝯfectioni inuentarij: nec fuimus alicuius malignitatis consij: vt in auc.de here.⁊ fal.§.sancimus. Itez dicit.l.satis est si eps̄ iuret se vxorez nō habere ⁊c.vt in auc.de san.epi.in prin. Itē.l.dicit satis est si dicat̄ mulierē in adulterio deprehēsam non esse: vt in auc.vt li.ma. ⁊ auie.§.huic aūt.Sed certe nō obstant.ll.ille.Et statim nō ob.prima.l.in auc.de here.⁊ fal.§.sancimus. q: nō prohibet si petit̄ a testibus vt dicant cām siue rōnem sui dicti. Item nō ob. illa de san.epi.in prin. q: nō loquit̄ in teste. ¶ Sed denuo.l.videt̄ ꝯtra.⁊ vi dicere ꝙ testis nō reddit cām siue rōnem sui dicti. ecce si testator legat tibi.x. q: tuo patrocinio liberasti eum a crimine capitali: ⁊ eum nō liberasti: valet legatū.q: liberādi ratio legato nō coheret: sic ⁊ ratio dicti testis nō coheret dicto suo. Unde videt̄ contrariū.ff.de condit.⁊ de.l.cū tale.§. causam. Sed certe nō ob. q: qui legat non tenetur reddere causam legādi: q: legare est donare: vt insti.de dona.in prin. ⁊.ff.de le.j.l.legatū.⁊ in necessitatibus: vt.ff.de admi.le.l.rez. Sed secus in teste q: tenet̄ reddere cām sui dicti q: ratio vl̄ causa hʒ probare dictū suum esse verū: vt dicam.j.e.l.solaz. ¶ Segnori hec est vera ⁊ plana lectura si intelligat̄ vt dixi in casu.Et ad hanc lecturā ꝯcordat snīa huius.l.⁊ etiā ꝯcordant omnia iura licet coriū huius lr̄e videat̄ discordare.sʒ exponit̄ vt dixi.⁊ ꝙ cōcordent iura videte. ecce si ꝓuoco de possessione libertinitatis in ingenuitatez: ⁊ patronus negat me ingenuū: certe ego qui affirmo me ingenuum debeo me probare iuxta regulā.ei qui dicit ⁊c.vt.s̄.ti.ꝓxi.l.actor.⁊.ff. de proba.l.ei qui.cū suis similibus. Et in cā liberali loquūtur.ll.dicētes: si detineor in libertinitate bonafide: ⁊ prouocor in ingenuitatē: fungor cōmō petitoris: ⁊ ille cōmō possessoris.vñ mihi incūbit onus probandi: vt.ff.de libe.causa l.liberis.in fi.sed secus esset si detinerer malafide in possessione libertinitatis : q: tunc aduersarius nō fungit̄ cōmodo possessoris sed petitoris.vñ ipse probaret me libertū suum: vt.s̄.titu.proxi.l.vis eius.⁊.s̄.vbi causa status agi opor.l.j.⁊ per totum. ¶ Or segnori legit̄ hec.l.⁊ secūdo modo in reo. ⁊ tunc ponet̄ ita exemplū in terminis.Accessi ad principem ⁊ sic coram eo.ꝓposui.domine sum ingenuus natus ex libero ventre: ⁊ sum in possessione ingenuitatis. sed quidā dicit se patronū meuz esse.⁊ de possessione libertinitatis petit me suum libertū pronūciari.modo quero a vobis quid mihi faciendum sit?Ad qd̄ rñdet imperator.si tibi questio ingenuitatis fiat defende cām tuaz viriliter.⁊ defendēdo si volueris tu poteris te probare ingenuū testibus vel instrumentis vel alijs indicijs ⁊ presumptionibus. nec habes necesse ꝓbare per solos testes: q: soli testes ad probationem ingenuitatis non sufficiunt.h.d.ista.l.ſm istam lecturā exponit̄ littera nō sufficiūt.q.d.sufficit si ꝓberis ingenuus testibus vel instr̄is vel alijs indicijs ⁊ p̄sumptiōibus. ⁊ hec lectura ꝯcordat cū littera huius.l.sed discordat a snīa huius.l. Ecce eniz si suz in possessione ingenuitatis: ⁊ alius petit me in libertinitatē: ego nō debeo me probare ingenuū: sed ipse dʒ me probare suum libertum: vt ar.ff.de libe.causa.l.al's qd̄ diximus conditione. igitur debeo gaudere commodo possessoris: quod est vt actore non probante: reus dʒ absolui: vt.s̄.de rei ven. l.res. ⁊.s̄.de edend.l.qui accusare. Ad istud dicetis tribus modis. vel vno modo sic.Eram in possessione ingenuitatis ⁊ quidaz petebat me in libertinitatē.⁊ cū ei incūberet onus probandi me libertum esse. ⁊ ego vltro suscepi in me onus probandi ⁊ dixi ita coram iudice.dñe electionem do aduersario meo.vel velit me probare libertū suuz.vel velit ꝙ probem me ingenuū esse.licet non tenear. ⁊ aduersarius meus dixit.dñe iudex do ei electionem ꝙ probet se ingenuū vnde mos ei gerēdus: vt.ff.de proba.l.circa.in fi. ¶ Uel pōt dici secūdo modo.vt dicamus ꝙ eram in possessione ingenuitatis dolo malo: q: fugi a patrono. certe si bonafide essem in possessione ingenuitatis: onus probandi incūberet sibi non mihi.Sed si malafide: mihi incūbit onus probandi.vt.ff.de libe.cā.l.liberis.§.siqs.⁊.l.ꝙ diximus. Uel pōt dici tertio modo.qd̄ dicit littera ista ꝙ debeo me ꝓbare ingenuū.intelligitur ꝙ probo eoipso ꝙ cōtra.non probat̄.Sic.⁊.j.de pigno.l.vlti.Et ꝙ dicit.soli etenim testes ad ingenuitatis.sub. vel libertinitatis probationē non sufficiūt: q: petebatur de possessione ingenuitatis: in libertinitatē.⁊ eoipso ꝙ nō probatur me esse libertū: probo me esse ingenuū. Ex p̄dictis ergo apparet ꝙ hec lex legit̄ dupliciter. Sed prior lectura verior ⁊ planior est vt dixi. Et ex.l.ista colligetis quoddam magistrale.si fuerit oportunū dicetis ꝙ hec.l.non dicit hoc. tota die enim dicimus si ꝓmisisti mihi per stipulationē sub pena.c.libraruz non facere mihi questionē de re illa: ⁊ cado a possessione illius rei: ⁊ tu incipis possidere illaz rem ⁊ a te peto illaz rem: ⁊ tu resistis mihi: nūquid cōmittis in penaz? Et videtur ꝙ nō: q: si ꝓmisisti mihi qōnez nō mouere: videt̄ istud agi inter nos vt non petat a me: non autem videtur agi vt non resistas. Sed nos dicimus magistraliter. siue petis siue resistis: ꝙ cōmittis in penam. Quia reus resistendo: videtur mouere ꝯtrouersiam qd̄ vl̄ dicere hec.l.prout legitur in reo.Et ad istud accedit qd̄ dicit.l.alibi.Dicit̄ quis facere ꝯtrouersiam siue agendo siue resistendo: vt.s̄.de procura.l. non solum.§.si status ꝯtrouersiaz.⁊ de hoc.j.ad car.l.j.dixi. Sed vt legit̄ i actore hec.l.nō facit ad hoc. ¶ Ultimo quero super.l.ista.quō quis pōt se probare ingenuū? ⁊ certe nō testibus solūmō: sed instrumētis vel alijs indicijs. Et testibus probat se quis ingenuū: si ꝓducit duos vel tres testes: qui dicant dico titiū libertū esse: q: natus est ex libero vētre. naz natus est ex titia muliere libera: ⁊ vocabat̄ ita ab hominibus. vñ iste titius est liber q: natus est ex libero ventre ⁊ ingenuus: vt.ff.de sta. ho.l.⁊ seruorum.in fi. Instrumentis probat se quis ingenuū hoc mō iure nostro. Olim quando nascebat̄ aliqs scribebant̄ instrumēta.tali die est natus qs: ⁊ tali mense ⁊ tali anno ingenuus. Uñ talibus instrumētis probat̄ quis ingenuus: vt.s̄.ti.ꝓxi.l.neqꝫ.⁊ insti. de inge.in fi.Sed ⁊ ꝓbat̄ quis ingenuus alijs indicijs: puta si delatū est iusiurandū alicui ⁊ ipse iurat se liberꝫ: vt.ff.de iureiu.l.eū qui.§.si iurauero. Item ꝓbat qs se ingenuū per snīam diffinitiuam. q: hec snīa inter omnes facit ius: vt.ff.de sta. ho.l. ingenuū.⁊.ff.de re iudi.l.res iudicata. ¶ Or segnori sup.l. ista ꝯsueuit legi quedā auc.que incipit.in quibusdaz libris. preterea siqs.⁊ in quibusdā libris.sed ⁊ siquis.⁊ in quibusdam.siquis.sed in hoc non est vis.Scio tamen ꝙ quidā legunt eam.j.e.l.siquādo.Sed q: dñs Azo ⁊ dñs meus legebant eam hic: ⁊ nos legemus vobis hic. Et debetis scire ꝙ hec auc.est talis que cōpetenter pōt legi super rubrica ⁊ super.l.j.huius ti.⁊ super qualibet.l.huius ti.Et hec auc.non legitur super rubrica huius titu.vel super qualibet.l.huius titu. vt corrigat eas. quia nec de materia huius.l.C. loquitur in specie : sed legitur vt determinet omnes leges huius tituli ⁊ continuabitis eam.

SIquis.Auc. Regulariter testes recipiuntur lite cōte.⁊ sic debet intelligi rubrica ⁊ quelibet.l.C.sed ista auc. ponit quosdam casus spāles in quibus testes producunt̄ lite ꝯte. ⁊ in auc.ista ponetis ita casum. Patiebar a te aliquid contra.l.quia mutuaueram tibi.x.tu nolebas mihi soluere: vel dederas mihi damnuz vel feceras mihi furtum. ⁊ ꝯueniebaʒ

7 conueniebam te ad.x.act.l.aquil. vel furti intra diem assignatam ad rñdenduз libello: testes per quos possuз ꝓbare intentionem meam interim sunt longinquo absfuturi.i.ituri vltra mare: vel sunt ꝓximo morituri qꝛ sunt senes: vel affliguntur quottidie 7 de facili mutarent cōsilium: nunqd istis casibus possum petere a iudice vt testes recipiant lite non conte. ad perpetuã rei memoriã? Ad qđ respõdet dominus imperator ꝙ sic cũ hac solẽnitate: vt si tu aduersarius meus non es presens: citeris vt venias ad videndũ depositiones testium. 7 si veneris bñ quidem: qꝛ pñte te attestationes eoꝝ recipient. si aũt tu nõ veneris nihilominus recipient 7 perinde valebunt: ac si te cõpente recepte fuissent attestationes ipsoꝝ: salua tibi omni allegatione contradicta eoꝝ tempore disputationis. Nec valet allegatio tua si velis dicere ꝙ non valent attestationes ipsoꝝ: qꝛ recepte fuerunt absente te cũ fueris citatus. Tex. siquis.s.actor. 7 hec est vera expositio. vel siquis.s.reus. Tex. producere.sub. ante li. ꝯtesta. ideo qꝛ testes poterant de facili mutare cōsilium. Tex. admoneant. idest citent. Tex. attestatiões recipiant.i.veniant. videte testium productionẽ: qꝛ ꝓductio dз fieri pte presente. vt.j.e.l. si quãdo. sed depositio debet fieri in secreto: vt.j.e.l.nullum. 7 postea publice ad perpetuã rei memoriã: vt ita eorũ dicta post lit. cõte. valeant 7 vt videat quid operet. Tex. date fuerint.i.ꝓducte sunt eo absente. qꝛ nõ valз allegatio ista postꝙ fuerit citatus: vt.j.e.l. siquãdo. Sed valз ista allegatio si variarent in dictis suis: vt.j.e.l.vlti. Et hec auc. est in corpore auc.j.e.titu.§.hec omnia.qui.§.est penul.§. ¶ Modo circa articulũ istum est aliquãtulum insistenduз. qꝛ hec auc. videt velle ꝙ testes recipiant lite nõ ꝯte. Sed videt contra. qꝛ solitus mos iudicioꝝ seruari dз: qui est vt primo offerat libellus 7 postea ꝯtestet lis: 7 postea iuretur de calũnia: vt.s.de lit.contes.l.vna.auc. offerat libellus.7.s.de iureiu. calũ.l.ij. 7 postea dantur dilatiões ad probandũ. vt.s.de dila.l.j.7.l. siquãdo. Sic ergo ille solitus modus iudicioꝝ dз seruari. 7 si fieret aliqd ꝯtra eum nõ valet: vt.j.de sen.l.prolatam. Iteз de hoc est decretalis expressa extra vt lite non ꝯtes.c.j.7 per totuз. Ad istud vos dicetis ita. Nec est regula ꝙ testes debent recipi lite ꝯtes. nõ ante. Qđ intelligo super principali negocio. secus est in emergẽtibus qõnibus: vt est in dilatorijs exceptionibus: qꝛ ille opponunt 7 approbant ante lit. conte. vt.j.de excep.l.pe. 7 vlti. Sed hoc fallit in casibus in actore. si testes actoris sunt senes 7 de eoꝝ morte merito dubitat: vel si longinquo absfuturi sunt: vel de facili mutaturi consiliũ. nam tunc recipiunt lite nõ contesta. 7 publicant ad eternam rei memoriã: vt.ff.ad car.l.iij.§.due.7.ff.ad.l.aquil. l.ij.lex aquil.7.j.de vsur.pu.l.vlti.7.s.de aduo.diuer.iudi.l. laudabile. 7 ita debet intelligi hec auc. vt dixi: 7 posui vobis exemplum in casu. Sed 7 instante reo recipiunt testes aliquãdo senes 7 longinquo absfuturi. v.g. venit reus pendẽtibus inducijs deliberatorijs 7 dicit iudici: testes sunt senes vel longinquo absfuturi: recipiant statim 7 publicentur ad eternam rei memoriã: debet licere reo? Certe sic. iuxta regulam que dicit: nõ debet licere actori qđ nõ licet reo: vt.ff.de regu.iur.l.nõ debet. 7 qꝛ fauorabiliores sunt rei ꝙ actores: vt.ff.de reg.iur.l.fauorabiliores. Immo plus dico in reo qꝛ recipiunt testes ad requisitionẽ eius ante lit. conte. 7 si non sint senes vel longinquo absfuturi. Et quãdo est istud audite. venit reus coraз iudice 7 dicit. dñe iudex talis homo minatur mihi qui vult me ꝯuenire. ego puto me bene posse defendere ab eo. veruñ testes per quos possum probare hẽo in ꝓmptu. ipse maliciose differt me ꝯuenire: qꝛ actio sua durat.xxx.annis. 7 qñ testes mei erũt mortui ipse me cõueniet. 7 hoc casu ẽt si testes nõ sunt senes recipient lite non ꝯte. 7 publicant ad eternã rei memoriã. Sed hoc casu ex pte actoris nõ reciperent: qꝛ est in potestate sua qñ experiat sed nõ est in ptãte rei qñ ꝯueniat: vt.ff.de doli excep.l.pure. in fi.7 s.de tẽpo. in inte. resti.l.pendẽte.7.s.de dila. si qñ. Itẽ dico ꝙ testes recipient lite nõ ꝯte. ad petitionẽ rei 7 actoris vbicunqз põt ferri snia diffinitiue li. nõ ꝯte. vt sicut in actore absente: vt.j.quõ 7 qñ.in auc. qui semel. 7 sicut est in cã ap.j.de tempo.ap.l.vlti.§.illud. ¶ Ex ꝓdictis ergo colligetis diuisionem taleз. cũ testes ꝓducunt: aut sup negocio emergenti aut super negocio principali vel incidenti. Si super negocio emergẽti: puta super declinatoria iudicij: vt tu nõ es cõpetens iudex. hic ex parte actoris vel rei recipiũtur testes lite non cõte. si sunt senes vel nõ: vel si sunt longinquo absfuturi vel non. Et est rõ qꝛ tales exceptiones debent determinari ante li. ꝯte. vt.s.de dila.l.a procedẽte.7.ff.de lib.causa l.liberis.7.j.de excep.l.pe.7 fi. Si autẽ testes producuntur super principali negocio ad fundãdaз intẽtionem actoris: vel super incidẽti puta super dilatorijs solutiõis vel peremptoria: hoc casu non debẽt produci testes nisi li.ꝯte. nisi cuз sint senes: vt in auc. nostra. Et hoc habз locum cum ventuз est ad iudicem. sз si speratur veniri ad iudiciũ recipiẽtur qñ sunt senes vel longinquo absfuturi nõ aliter ex pte actoris: qꝛ est in ptãte eius qñ experiat. vt.s.dixi. Sз ex pte rei recipient lite nõ ꝯte. sint senes vel nõ. qꝛ nõ est in eius ptãte qñ ipse cõueniat: sз est in ptãte actoris qñ experiatur vt.s.dixi. ¶ Sed denuo ꝯtra auc. istaз circa aliud instat. Hic dr ꝙ in casibus recipiunt testes lite nõ ꝯte. 7 publicãtur ad eternã rei memoriaз. Sed quõ aduersarius ꝓducet postea suos testes cũ didicerit testificata? vñ vr ꝯtra.s.ti.ꝓxi.auc. at qui semel. quã legi sup.l.excep. Ad istud vos dicetis tribꝰ modis. Et vno mõ ꝙ sit hic spãle vt est spãle in cã ap. vt.j.de tẽpo. ap.l.vl.§.illud. vt est spãle.j.e.l.vl. Vel põt dici scdo mõ si aliqs vult ꝓbare ꝯtra. cũ didicerit testificata: poterit p instra non p testes. vt.s.ti.ꝓxi.l.exceptiõe. Vel dicatis est equocatio in vbo publicatione: 7 in psona testiũ. nam publicãtur testes.i.aperiunt: 7 fit litigatoribus copia. 7 postea amodo litigatores non probãt ne detur materia falsi fabricandi. vt in auc. preal. at q semel. Alio modo sumit publicant testes: idest recipiãtur in scriptis. 7 suam auctoritatẽ iudex prestat attestationibus: salua allegatione vtriqз parti tpe disputationis ꝯtra dicta eorum: vt in auc.e.§.si vero. Nõ tamẽ aperiuntur sed in secreto tenẽtur. 7 postea lite contesta. quando aperientur testes partis aduerse: 7 isti similiter aperientur. 7 ita non erit hic speciale.

Etiam. In.l.ista dr. Si aliqs vult testes domesticos producere ꝓ se: nõ lз ei hoc. nã ciuilis 7 naturalis ratio suadet hoc. Tex. etiaз iure ciuili. q.d. nedũ naturalis ratio suadet ꝙ domesticus testis nõ velit dicẽ ꝯ me. Tex. p phas 7 nephas: qꝛ idoneus testis. vt.ff.eo.l.testis.7.l.vlti. ¶ Or segnori qui dicũtur testes domestici? Rñdeo. filij 7 serui 7 liberti nostri coloni 7 ascripticij 7 mercẽnarij nostri: qꝛ istoꝝ furta domestica sunt. vt.s.de his qui ad ec. cõfuge.l.pñti.§.sane.7.ff.de penis.l.recipiẽdum.§.furta.7.j.qui accu.non pos.l. vl. Sз queritur hic. nunquid vxor est domestica: 7 ita repellatur a testimonio in cã mariti? Et dicũt qdam ꝙ nõ: vtẽtes tali argumẽto. Edictum de testibus est prohibitoriũ. vt.ff.de testi. l.j. vñ si est prohibitorium 7 vxor nõ prohibet ergo admittitur. Sed certe vr posse dici ꝯtra. 7 vr ꝙ sit domestica. ecce.l. videt ita dicere. siquis promisit certa die sistere in iudicio si sua die nõ venit impeditus domestico funere: licз de rigore iuris cõmittat in penam: tñ de equitate hз doli exceptioneз vt.ff. siquis cau.l.sз 7 siquis.§.illud in fi. Et domesticum funus dr vxoris. vt.ff.de iud.l.interduз.in prin. Itẽ vir 7 vxor sunt duo in carne vna: vt ar.j.de crimine expi.here.l. aduersus. 7 sic testificaret in re propria vnus pro altero. 7 sic in re propria testificaret vxor. qđ eẽ nõ dз: vt.j.e.l.oibus. vñ dico ꝙ vxor prohibetur testificari viro 7 econtra. ¶ Sed denuo queritur. hic domestici non admittuntur cõtra me: me petẽte: sз nunquid aduersario meo petente producuntur contra me. Dixit Pla. ꝙ sic: qꝛ istud est introductuз in fauorẽ mei: idest vt domestici cõtra me non testificẽtur: sз pro eo bñ possunt. ne qđ fauore 7c. vt.ff.de legi. 7 consti.l.qđ fauore. Et qꝛ vnicuiqз est licitum renunciare his q̃ pro se introducta sunt vt.s.de pactis.l.siquis in conscribẽdo. Et adducit simile in aduocato: qꝛ si pstitit mihi patrociniũ in aliqua causa in illa causa non põt eẽ testis pro me: sз cõtra me sic: vt.ff.e.l. vlti. Sed verius videt: qꝛ sicut nõ põt testificari pro me: ita nec contra me. tum quia equalitas debet seruari in iudicijs: vt s.de postu.l.prouidendum.7.j.de fruct.7 li.expen.l. termi.

nato.al's vlti. Item.l.vñ velle q sicut seruus non pôt interrogari pro me: ita nec ꝯ me: vt.j.e.l.seruos. Itē testis debet dicere veritatē pro vtraq ꝑte: vt.š.de epis. ꝛ cle.auč.sed iudex.ꝛ.xiiij.q.v.c.nō sane. ¶ Sed quid si desijt esse domesticus: nunquid admittit? Et certe si anteq̄ produceret in cā desijt esse domesticus bene admittitur. al's non.argu.ff. ex quibus causis.l.ꝛ qui data opera.

Solam attestationē.

Segnori ista.l.legit infinitis modis. Sed ego premittā veriorē lecturā ꝛ planiorez.ꝛ hic est sensus: si testis deponit ꝛ dicit ita eē ꝛ nō esse. sed interrogatus de causa sciētie quomodo sciat: nō vult vel nescit assignare causam sui dicti: nunquid credit soli attestationi ipsius? Certe nō.h.d. Et ꝫm hanc lec.exponetis ita litterā. Tex.solam attestationē.i.solū modo dictū testium. Tex.approbataz.qꝛ non reddit rōnem sui dicti: nec attestatio alijs adminiculis adiuuat. ¶ Or segnori ꝫm lecturam istam no.q testis debet reddere cām sui dicti: al's suum testimoniū esset nudū ꝛ ei nō creditur vt hic.ꝛ in auč.e.§.ꝛ licet. Et ad hoc sunt multa ar.vt sicut nudum testimoniū testis nō valet: ita nudū preceptū testatoris: vt.ff.de le.j.l.filius.§.diui.ꝛ.ff.de leg.ij.l.lutius. Itez transactio facta super alimētis sine causa nō valet: vt.ff.de transact.l.cum hi.§.vlti.oratio. Similiter ꝛ qui petit missionez bonoꝝ fieri cum causa debet petere: vt.j.de edi.di.adri.tol.l.vlti.§.finaūt. Similiter qui petit restitui debet assignare causaz: vt ff.de mino.l.minor aūt.§.j. Nec ob.l.que videt velle sufficere simplicē affirmationē: vt in auč.de here.ꝛ fal.§.sancimus. qꝛ ibi non prohibet quin reddat causam sui dicti. Item nec ob.in auč.de san.epi.in prin. Nec in auč. vt li.ma.ꝛ auie.qꝛ non loquunt in teste. Itez nec ob. legandi ratio legato non coheret: qꝛ aliud est legare: vt dixi.š.e.l.j. ¶ Sed queritur hic.quid si testis deponit nec reddit rōnem sui dicti: valebit ne eius attestatio sine redditiōe cause? Et certe hec questio est sabbatina. Et dixerūt quidam q nō.ar.huius.l.ꝛ.š.e.l.j.in fi.ꝫm vnaz lecturā.ꝛ in auč.e.§.ꝛ licet. Sed nos dicimus q si testis interrogat de redditiōe cause q dꝫ reddere cām sui dicti. ꝛ si nō reddit nō stat dicto eius: vt hic. Sed si non interrogat nec reddit eā valet eius attestatio: qꝛ testis nō dꝫ esse verbosus: vt ar.š.de ꝑci.impe.of.l.vl. Et hoc ēt faciunt ll.que dicunt: q si aliqs denūciat nouuz opus si petatur ab eo iusiur.calūnie: debet iurare ꝛč.al's non: vt.ff.de ope.no.nuncia.de pu.§.qui opus. Et idem est in eo qui defert iusiu. qꝛ si petatur ab eo qd iuret q nō defert animo calūnie debet iurare.al's non: vt.ff.de iureiur.l.iusiurandū.ꝛ hec est vera ꝛ planior lectura.ꝛ hic nō esset plus dicendum. ¶ Sed segnori scio q domin' Azo posuit hic plures alias lecturas: ꝛ dicit solam attestationē.sub.a iureiur.q.d.si testis solūmō deponit non iuratus nō statur dicto eius: vt.j.e.l.iusiurā.in princi. Item dicit ipse ꝛ exponit solam attestationē.sub.ad presentiam iudicis ꝛč.q.d.si testis nō deponit coram iudice sed coram tabellione nō sufficit. ideo qꝛ testis debet examinari a iudice: vt in auč.vt defuncti seu fu.§.illud. Itez exponit ipse alio modo solam absentiaz partis aduerse: qꝛ testis debet ꝓduci presente parte vel ꝯtumaciter absente: vt.j.e.l.si quādo.ꝛ dixi.š.e.in auč.siquis.quā legi.š.e.l.j. Item exponit ipse alio modo.solā.absq iudicis pronūciatione.q.d.quid prodest si testes deponant ꝛ iudex non pronūciat? sed cancellant acta cause qꝛ actor se subtraxit ꝛč.vt.ff.de iudi.l.ꝛ post.sed hodie nō cancellant: vt.š.de iudi.l.ꝓperandū.§.ꝛ siquidē. Itez exponit ipse alio mō.solam attestationē.sub.a figura ꝛ forma iudicij.v.g.testis dꝫ produci in iudicio. vñ veni ꝛ volui producere testes.ꝛ dixi vbi est iudex.dicūt quidam.iuit comestum.dixi ego testibus.dicatis omnia coram ꝑñtia istorū que dicturi eratis coraz iudice.si dixerunt: non valet.qꝛ testibus nō testimonijs est credenduz: vt.ff.e.l.iij.§.item diuus. Odo.

Nos testes.

In.l.ista dī. Quidā homines sunt incōstantes ꝛ ita grossi mala grā: si rogant ab vno q veꝝ dicant: dicunt faciā volūtatez tuā.si dicatur sibi ab alia parte q dicāt oppositū: dicūt q bñ facient voluntatē suam. tales homines ꝛ ita incōstantes nō debent ad testimoniū ꝓduci.sꝫ eos testes volumus ꝓduci: qui omni gratie ꝛ potētatui circa veritatē instruēdam debeāt veritatē deponere. Tex.adiuuandā.i.ad ꝓbandaz. Tex.ꝛ potētatui.scilꝫ cuiuscūq persone. Tex.iudiciarie.i.ꝓductioni que fit coraz iudice: qꝛ iudici faciēda est fides non aūt aduersario: qꝛ aduersarius semper diceret nō est ꝓbatum: vt.š.de edē.l.procurator.ꝛ.š.de cōdi.ob tur.cām.l.j. Tex.possunt preponere.i.debeant. Unde no.hic q testes debēt admitti tales qui nō grā nō timore nō precio vel ꝑcibus timeāt dicere veritatem. imo debēt omni suspitione carere: vt.ff.e.l.ij.ꝛ.l.iij.in prin.§.iul. ¶ Or segnori super.l.ista posset legi quedā auč.ꝛ etiā posset legi super.l.qm̄.ꝛ posset etiaz legi sup ipsa rubrica.ꝛ incipit sic.testes bone opinionis.

Testes. A

Auctenticā istam ꝯtinuabitis ad.l.C. sic.lex C.dicit q testes qui producunt debēt esse tales qui omni gratie ꝛ potētatui fidem iudiciariā preponant. Auč. ista dicit q testes debent esse bone opinionis. non autez debent esse artifices ꝛ ignobiles: vt sunt calzolarij vel baratores. ꝛ cum isti admittunt: cum tormentis admittunt si in dictis eoꝝ inueniantur vacillare. Tex.bone opinionis.i.bone fame. Tex.neq vilissimos.vt sunt leones. Tex.nec nimis obscuros.sub.q̄tū ad honores ꝛ mores. Tex. testimonium corrūpere. sub. qꝛ vacillant. Tex. verberibus subijci poterunt. Unde no.q testes debent esse bone opinionis: vt arg.ff.de qōnibus.l.de minore.§.pe. ¶ Item no. q viles ꝛ artifices nō admittunt ꝛč.ꝛ ad istud accedit.j.de ꝯtraben.ꝛ cōmit.sti.l.optimam.ꝛ.ff.e.l.ij. ¶ Item not. q interdū viles admittunt: vt.ff.e.l.nullus.ꝛ admittunt cuz tormētis: maxime si vacillant: vt.ff.e.l.ob causam.§.si testes. Et hec auč.est in corpore auč.e.ti.§.sancimus.

Parentes.

In.l.ista dicit qd parētes nec volētes nec iuti ad testimoniū admittunt pro liberis vl' contra liberos suos. Ita ꝛ ecōtra liberi nō admittunt pro parētibus vel contra parentes.h.d.ista.l. Uideatis sūmariā expositionem littere. Tex.parētes.dicuntur parētes vsq in infinitū: vt.ff.de in ius vocan.l.cuiq litigādi.§.pretor. Unde si adā vel eua viueret contra nullum vel pro nullo posset admitti ad testimoniū. Tex. admittēdi sunt. ¶ Or segnori habetis hic q nō sunt idonei testes parētes pro liberis vl' ꝯtra eos: vt.ff.e.l.testes.ꝛ.l.idonei. Et est rō qꝛ ꝑsumptione iuris parentes ꝛ liberi presumunt esse quasi eadē persona: vt.j.de impube.ꝛ alijs substi.l.vlti.ꝛ sic videtur testificari in re sua. qd non dꝫ esse: vt.j.e.l.omnibus. Et qꝛ isti sunt ꝛ dicunt domestici ꝛ domestici testes ꝛč.vt.š.e.l.ij. Sed istud recipit instantiaz.vt cuz querit de etate filij ꝛ nepotis admittitur professio parentuz: vt.ff.de proba.l.etiam.qd est illa rōne: qꝛ que domi ꝛč.j.de diuor.ꝛ repu.l.consensu.§.at vbi. Itez recipit instantiā cum filius testatur in castrēsi vel quasi: vt.ff.de testamentis.l.qui testō.§.pater. Item ꝫm antiquos canones prohibita erat copula carnalis in septima linea: ꝛ parentes ibi poterant testificari qui erant coniuncti. qd est hodie vsq ad quartam lineam redactam. Odo.

Nimis graue.

In.l.ista dī. Si tu petas a me.x.ꝛ ego nego me tibi illa.x.debere: nō debeo cogi ꝓducere testes per quos possis ꝓbare qd illa.x.tibi debeo. qd nimis graue esset. Tex.eorum.s.testiuz. Tex. quos sibi negocium fiat.sub. ad suum damnū vel sibi.i.cōtra se. Tex. vnde itelligatis.sub.o vos q ꝓbare vultis. Tex.adduci. qꝛ nemo contra seipsum tenet ꝓducere testes vel instrumēta. sed ille qui putat sibi testes vtiles vel instrā dꝫ ꝓducē.ꝯcordat.š.de eden.l.j.ꝛ.l.qui accusare volūt.ꝛ.l.a diuo pio. Sed fallit in casu: vt si aliquis fuit rector alicuius prouincie: vbi deposito officio suo debeat remanere ibi per quinquaginta dies: ꝛ etiā domesticos suos dꝫ ꝓducere in iudicio: si q̄rimonia de eis

eis postuletur: vt.s.de asser.edic.l.si post depositā. Uel di catis φ nō producit ibi testes vt ꝯ se deponāt: sed producit eos in iudicio vt rñdeant omnibus qui volūt eos ꝯuenire. Et facit hec.l.ad qōnem quā not.s.de edendo.l.qui accusare volunt.ꝛ hic etiam posset formari illa questio. ꝛ ideo dic hic vt ibi dixi. Odofredus.

Servos. In.l.ista dicit φ serui non possunt iterrogari pro dominis sicut nec ꝯtra dños.sed serui de suo facto possunt interrogari ꝛ rñdere tenētur. Tex.quēadmodū aduersus euz.s.dominū. Tex. interrogari nō posse.sub.regulariter vt hic.Sed fallit i crimine lese maiestatis ꝛ in crimine adulterij ꝛ frandati cēsus: vt.j.de qōnibus.l.j. Tex. nō ambigit. vñ si res fuit deposita apud seruū meū: ꝛ ego ex psona eius ꝯuenior depositi de peculio: subijciet seruus qōnibus: vt.j. de qōni.l.interrogari. Item si vēdo seruū meū ꝛ assero eum fugitiuū nō esse.si postea fugit similiter interrogat: vt.ff.de edi.edic.l.qro.in fi. ꝛ cū recipit subijciet qōnibus: vt.ff.e.l. olim.§.si ea.ꝛ cū interrogat stabit dicto suo cū alijs idicijs: vt.ff.de pba.l.cum pbatio.ꝛ.ff.de qōnibus.l.edictū al's.sine indicijs nō staret: vt.ff.de qōni.l.j.§.qōnem. Odo.

Iurisiurandi. A. In.l.ista dr φ persone honeste in testimoniū debēt produci. vnuz sciatis φ si duo vel tres deponunt qꝛ plene probant statur dicto eoꝝ. sed si vnus testis deponat non statur dicto suo. qꝛ vox vnius: vox nullius.etiā si preclare curie honore prefulgeat. Tex.priu sq̄ perhibeant.i.deponant.Tex. potius fides testibus adhibeat.i. minus q̄ honestioribus. ad hoc concor. ff.e.l.iij.Tex.omnimō.i.nullo mō.ꝛ ita hētis φ testes debēt prius iurare q̄ deponant. ¶ Sed nūquid sacramentū pōt remitti testibus volūtate partiuz? Dicimus φ sic.qꝛ pōt hñ rigor iuris volūtate partiū mitigari: vt arg.j.de tempo.ap.l. vlti.in fi.ꝛ pro hoc est argu.ff.de iureiur.l.iusiurandū.§.qui iusiurādū.ꝛ.j.de no.ope.nū.l.de pupillo.§.qui opus.sed in sacramento calūnie secus est: vt.s.de iureiur.cal.l.ij.sed qꝛ. Et est rō: qꝛ φ testes iurent est introductū fauore litigantiū: vnde possunt ei renūciare.qꝛ licitum est vnicuiqꝫ ꝛc.vt.s.de pac.siqs in ꝯscribēdo.sed iusiurandū calūnie est introductū pro publica vtilitate: vñ iuri publico pactis priuatorum renunciari non pōt: vt.ff.de pac.l.ius publicuz. ¶ Itez hētis hic in fine vnū no.φ vnus testis non probat plene nec ei fides adhibet: etiam si preclare curie honore pfulgeat vt hic. ꝛ ad hoc ꝯcordat.duo ergo plene pbant vbi numerus testiū non adijcitur: vt.ff.ea.l vbi numerus. ꝛ vnus semiplene: vt ff.de dote prele.l.theopompus.ꝛ de hoc plene dixi.s.de rebus credito.l.in bonefidei.

Omnibus. In.l.ista dr φ aliquis admittit ad testimoniū super re aliena nō super pꝓpria. Et dicit res propria cuius est cōmoduz ꝛ incōmodū: vt ff.qñ ap.sit.l.j.§.in pꝓpria.ꝛ hoc veruz est in re pꝓpria principaliter.ꝛ idez est in cā pꝓpria secundario. ꝛ iō dicimus φ vēditor nō est testis idoneus in causa euictionis: qꝛ tenet de euictiōe: ꝛ si nō pmisit: vt.j.de euic.l.nō dubitat. ꝛ hoc pꝫ ex eo qḋ vēditor appellare pōt a snia lata ꝯ emptorem: vt.ff.de ap.l.ab executione.§.j.ꝛ.l.a sentētia. ¶ Sed nunqd donator pōt esse testis in cā donatarij? Uidet φ sic.qꝛ nō tenetur de euictione donator donatario: vt.j.de euic.l.ij.Sed pōt dici.si donatio incepit a precedenti pactione. vel donator conuenit teneri donatario de euictione. hoc casu donator ad testimoniū non admittitur: vt.j.de dona.l. quoniam auus. Si autem donatio incepit a traditione tunc donator admittit ad testimoniū cuz non teneatur de euictiōe: vt.j.de iure do.l.j.ꝛ hoc illa rōne ꝛc. vt ff.de edi.edic.l.ad res.ꝛ hoc casu pōt prouideri litiganti cū donatario: vt petat φ donator iuret de calumnia dum venit ad litis conte.cum sciat melius veritatem: qḋ potest: vt.s.de procu.l.vlti.ꝛ.ff.de procu.l.si actor.ne sequeret illa incōuenientia φ si aliquis hēret vnum testē cederet ius suū alicui. ꝛ si possꝫ ferre testimoniū pro illo cui cederet: haberet duos testes.ꝛ sic probaret φ vbi numerus ꝛc. vt.ff.e.l.vbi.vñ ex quo donatarius iurabit de calūnia: amodo eis testimoniuz nō admittet: cuz sit res sua: qꝛ principales persone iurāt de calūnia: vt.s.de iura.calum.l.ij.auc.principales. Sed ad.l. istam opponit ꝛ signat cōtra insti.de le.§.legatarijs. Ad qḋ dico φ illi nō testificant in re propria: sꝫ pro herede: si est testamētum solēne.vel cōtra heredem: si non est solēne.

Quoniam. Lex ista dicit tria. Primo dicit φ liberi homines ad testimonium admittunt. Scđo dicit φ in cā criminali socij ꝛ participes eiusdē criminis non admittuntur.ꝛ si petantur testes absentes: debent produci sumptibus petentis vel producētis. Tertio dicit φ idē iuris est in causa pecuniaria qḋ dixi in causa criminali. Tex.qm̄ liberi testes.ideo dicit liberi: qꝛ serui non admittuntur.vt.s.e.l. seruos. Tex.non.dicātur. ¶ Or segnori hec lex loquitur in cā criminali.q socij ꝛ participes sunt criminis non admittunt vt si accusor.l.cor.de falsis.si producaris in testē contra metu qui diceris socius eiusdē criminis: nō debes produci: vt ar.ff.e.l.iij.in prin.ꝛ.§.vlti. Et hoc est verū φ socij in cā criminali nō admittuntur regulariter. Sꝫ hoc fallit in casibus in quibus quis interrogatur de ꝯscijs: vt est in latronibus: s.de ferijs.l.presens.ꝛ in falsatoribus. vt.j.de falsa.mo.l.j. Item in alijs casibus fallit qui no.j.de accu.l.vlti. Sꝫ qd erit in causis pecuniarijs: nunquid socij admittētur? Dixerunt quidam φ nō.sicut non admittuntur in causis criminalibus.ꝛ pro se inducunt.l.istam: qꝛ licet loquat hec.l.in pri. in causa criminali in fi.tamē dicit idez in causa pecuniaria. Itez pro se inducunt: qꝛ socij quasi fratres sunt: vt ar.ff.pro socio.l.verum in princip.Sed certe nos dicimus φ socius pro parte socij admittitur: qꝛ edictum de testibus est prohibitorium.ꝛ socius nō inuenitur prohibitus. igitur admittit vt.ff.e.l.j.sed pro parte sua nō admittit: qꝛ ferret testimoniū in re propria sua qḋ esse nō dꝫ: vt.s.l.proxi.ꝛ.ff.eo.l.nullus. Ex quo ergo apparet φ si sunt socij omniū bonoꝝ vel illius rei de qua agitur φ socius nō admittitur quasi sit futurū cōmune lucrum: vt.ff.quādo ap.sit.l.j.§.in pꝓpria.ꝛ hoc est verum si causa essꝫ indiuidua: vt.ff.si serui. ven.l.loci.§. cōpetit. Tex.precipiant. ¶ Or no.si accusator vel accusatus petit pduci testes absentes debēt pduci sumptibus illius qui petit.ꝛ ad hoc concordat.j.de ap.l.eos qui.§.siquis.ꝛ.s.de rebus cre.l.generaliter.in fi. Ex quo ergo apparet φ domini vinearū vel alij qui ꝯducunt homines ad laborandū: debent laboratores alere: nisi in cōtrariū actuz sit: qꝛ tunc standum est conuētione: vt.ff.depositi.l.j.ꝛ.§.si ꝯuenerit. Sed nunquid si frangātur eorum instrumēta debent laboratoribus emēdare? Certe nō: vt ar.ad.l.rodi.de iac.l.ij.§.j. Tex. idem iuris est.dicunt quidam si sint socij φ nō admittantur ad testimonium. sed nos dicimus ꝛ referimus ad proxima dicta: scꝫ vt debeant ali. ¶ Or segnori super.l.ista habetis vnam auc.que incipit.si testis.

Si testis. Auc. Quidam legūt istā auc. super.e.l.seruus.ꝛ auc.ista non legitur sup l.C.vt corrigat eam: sꝫ potius vt clarificet eam. Et hec auc. duo dicit. Et primo dicit.si producitur aliquis in testem ꝯtra me. si dico iudici.non dꝫ admitti qꝛ seruus est. si ille testis dicit se liberum a natura recipietur eius testimoniuz salua omni allegatiōe tpe disputationis ꝯtra psonaz eius ꝛ cōtra dicta ipsius.ꝛ si apparuerit ipm seruum: p teste non habebitur. si aūt testis iste dicit fui seruus: sꝫ manumissus ꝛ ita suz libertus: nō recipiet eius testimoniū nisi prius osdat instrm sue manumissiōis. ¶ Secūdo dr si aliqs pducit in testē ꝯ me. ꝛ dico φ iste testis est mihi odiosus.si dico ipm odiosum eē ante motā litē criminis: nō recipit testimoniū ipsius anteq̄ de crimine iudicetur. Si autē dico ipm odiosum ex lite pecuniaria mota ꝯtra ipsum: recipitur eius testimoniuz salua allegatione tempore disputationis ꝯtra dicta eorum. Tex. vt si habita disputatione.s.tēpore disputationis. Tex.testi.

Si donationis. In. l. ꝑsenti di. In veritate ego donabā tibi rem meā: ⁊ tu in vītate donationē accipiebas. simulabas tñ ꝙ non donarē: sed venderē. modo querit: si trado tibi rem ex cā donatiōis: vel si volo tradere ex causa venditionis vtrum sit donatio vel venditio? Et rñdetur ab imperatore donationē esse. qꝛ plus vꝫ ꝙ agit ꝙꝫ ꝙ simulate concipitur. Sic ergo si vꝫ vt donatio ⁊ legi dicte in donatione nō pares: potero te ꝯuenire vt pareas legi dicte in donatiōe. Tex. est. ¶ Or segnori qūo est istud? Certe potestis sic exēplificare. nā plati ecclesiarū sciunt ꝙ nō possunt deum decipere sed decipiūt homines. nam dicit prelatus: si donarem illud prediū fratri meo: totus populus clamaret: vñ vendit ei: cū in veritate donat. ⁊ idem facit dñs sacerdos diligit aliqueꝫ: qꝛ ei donat aliqd prediū: ⁊ simulat se ei vendere. certe hoc casu vꝫ donatio: nō venditio. qꝛ plus vꝫ qd agitur: ꝙꝫ qd simulate concipit: vt. s. plus valere qd agi. per totum. ⁊ ita vꝫ donatio nō venditio: vt. j. e. l. empti. vꝫ vt emptio: qꝛ emptio habet ꝯtrahi solo ꝯsensu: vt. s. e. l. j. ⁊ in emptione non cōsentiunt: sed in donatione. ¶ Sed quid erit? habebam rem valentē. c. vendidi tibi eam pro. l. donationis causa: vꝫ ne? Certe vꝫ ꝙ nō valeat pro parte: vt. ff. e. l. in venditione: ⁊. l. siqs donationis. Tex. vt te aleret: qꝛ donabam tibi vt me aleres. simulabaꝫ tñ me vendere. Tex. non pōt. vt. s. de ꝯdi. ob cām da. l. si repetenda. ⁊ qꝛ donatio perfecta de facili nō rescindit: vt. j. de re. do. l. vlti. Tex. donans. al's donando. Tex. ꝯuenit. sub. donatariū. Sed quo iure ex isto pacto nascit personalis actio cum appositū sit in traditione rerum: ⁊ possuꝫ ꝯuenire donatariū prescriptis verbis: vt. j. de rerū permu. l. rebus. sed oritur personalis actio. qꝛ ꝯditione ob cām datoꝝ possum repetere: nisi me alat. vt. s. de ꝯdit. ob causaꝫ da. l. si vt ꝓponis. ⁊. l. si ea lege. Iteꝫ pōt habere locū rei ven. vt. j. de dona. que sub modo. l. j.

Cum res. In. l. ista dicit. Quedaꝫ mulier extranea nō dico vxor mea aliquas res mihi donauit ⁊ tradidit. mortua muliere filius eius ⁊ hrs easdeꝫ res mihi vēdidit ⁊ tradidit: vꝫ hec vēditio? Certe non. cū ex donatione facta a muliere factus sum dominus: ab herede mulieris vendi non pōt: qꝛ titulus dñij duplicari non pōt. Et hoc est verū: cuꝫ donatio a muliere facta fuit valida: quia inofficiosa non fuit. Sed si fuit inualida: qꝛ fuit inofficiosa: valet vēditio ista: quatenus per querelam inofficiose donationis poterat reuocari: introductā ad exemplū inofficiosi testamēti. Tex. possessiōis: idest dñij. Nam interdum possessio ponit pro dñio ⁊c. vt. s. de proba. l. ij. Et cur sic expono: qꝛ titulus possessiōis potest duplicari: vt. ff. de acqui. pos. l. possideri. §. ex pluribus. ⁊ aliqua res potest deberi ex plurimis causis: vt. ff. de except. rei iudi. l. an ⁊ eadem. §. actiones. Sed res non potest fieri mea pluribus ex causis: vt. ff. de reg. iur. l. ex pluribus. Tex. consistere. quia qd meum est: amplius meum fieri non potest: vt ff. de cap. ⁊ postli. reuer. l. in bello. §. siquis seruū. Sed hec regula fallit in tribus casibus. Nam ecce rem meaꝫ possuꝫ emere. sub. ꝯdi. si desierit eē mea vt. ff. e. l. sue. ⁊. l. in emptione. §. res. Itē rem meā possum stipulari. sub. ꝯdtiōe: si desierit esse mea: vt. ff. de verb. ob. l. si rem meā. Tex. de monstret vt qꝛ donatio illa fuit inofficiosa. ⁊ hoc est ꝙ dicit. Tex. sane aduocare. sub. ꝑ querelā iofficiose donatiōis. ¶ Or segnori no. hic. vbi mater tua donat mihi res suas: si nō est inofficiosa: valet: nec potest reuocari. Sꝫ si mater tua donet mihi res: ⁊ fuit inofficiosa: quatenus fuit inofficiosa: potest reuocari per querelaꝫ inofficiose donationis: vt. s. de inoffi. do. l. ij. vnde quatenus pōt reuocari: eatenus tꝫ vēditio: vñ rōne iuris ꝙ deficit i re mea: possuꝫ emere. vt. ff. e. tabernas. Simile est i legato: vt. ff. de lega. j. l. si domꝰ. in fi. Nec ob. ff. dleg. ij. l. meuius. §. penul. vbi dicitur. si legat mihi res in qua dñi cit mihi ius nō valet: qꝛ illud est verū ꝙ nō valet: quatenus est mea: vt. ff. de verbo. oblga. l. j. §. j. Odofredus.

Cum ipse. In. l. ista dicitur qd ego tutor possū emere rē pupilli mei palā ⁊ bonafide: ⁊ sicut possuꝫ per me: ita ꝑ vxorem meam palam ⁊ bonafide: h. d. ista. l. ¶ Tex. cum ipse. sub. tu. ⁊ ideo. h. d. qꝛ quedam sunt que possunt distrahi sine decreto presidis: vt. j. de pdijs mi. l. si prediū. Tex. eius. s. tutoris. Tex. hoc facere. i. emere. Tex. potest. sub. ne ꝓhibet. ¶ Unde no. hic. ꝙ possuꝫ emere ⁊ vxor mea: qꝛ regulariter que possum per me: ⁊ per interpositam personam. sic ⁊ ecōtra si prohibeor per me ita ⁊ per vxorem meam. vt. ff. ꝙ metus causa. l. si per impressionem. Sed ad. l. istam instatur. nam. l. videtur velle ꝙ tutor non potest emere reꝫ pupilli. vt ff. e. l. si in emptionem in fi. Ad qd dixerunt quidam. Tutor qui administrat: prohibetur emere: vt in. l. cōtra. Sed tutor qui non administrat: non prohibetur emere: vt hic. ⁊. ff. de admi. tuto. l. tutores. Sed hec solutio nō est bona. qꝛ vterqꝫ est subiectus actioni tutele. vt. ff. rem pupil. sal. fore. l. non quasi. §. illud. Unde vos ita dicetis. si plures sint tutores: vnus potest emere a pupillo: suo cōtutore auctore: ⁊ bonafide ⁊ palam: vt hic. Si autem vnus tātum tutor est: tūc emere non potest. ⁊ tunc non videtur facere bonafide: qꝛ nō potest sibi auctoritateꝫ prestare. vt. ff. de admi. tuto. l. pupillus. Uel potest dici. si tutor emit palam ⁊ bonafide ⁊ auctoritate iudiciaria: tenet venditio: vt hic. Si clā ⁊ occulte: non. vt in. l. contra. naꝫ quedam ⁊c. vt. ff. de ritu nup. l. vlt. ⁊. ff. de admini. tuto. l. non estimo. ¶ Sed denuo. l. videtur velle contra. ꝙ tutor reꝫ pupilli potest assumere. ⁊ si assumpserit a pupillo non vendicatur. vt. ff. de admi. tuto. l. tutor rerum. Ad quod potest dici. nam ibi pupillus vendit extraneo tutore auctore. extraneus non soluebat precium. tutor posuit precium in bonis pupilli. vnde videtur emere ab extraneo: nō a pupillo. Uel non vēdicat: si velit restituere precium. vt. s. ꝙ metus causa. l. seruum. Uel dicatis ꝙ non vēdicat quasi a malafidei possessore.

Si gaudentius. In. l. ista. dicitur. Si gaudentius extraneus mancipium matri mee donauit ⁊ tradidit: ⁊ postea inter eum ⁊ matreꝫ meam contractum est matrimoniuꝫ: nunquid donatio illa reuocatur? Respondetur ꝙ non. ⁊ ideo si possum probare matri mee me successisse. Si nō possideo illud mancipium: a possidente potero vēdicare. si autem possideo a me vendicari non potest. Tex. sine quadam fraude. sub. a matre mea concessa. secus si in fraudem donatio illa esset facta dolo dante cām contractui. nam tunc non valeret. vt. ff. de dolo. l. eleganter in fi. Tex. qd. s. mācipium. Tex. nō prohiberis. Sed que erat dubitatio huius legis? Respōdeo illa: qꝛ cū gaudētius donauit matri mee valuit donatio. sed qꝛ secutum est postea matrimoniuꝫ inter eos: vñ res deduci ad eam causam a qua incipere nō potuit. vt. ff. de verb. ob. l. pluribus. §. j. Sed istud non ob. qꝛ vt dixi: ista donatio fuit facta bonafide. qꝛ extraneus bñ potest donare matri mee. vñ licet postea efficiatur eius vxor: non dꝫ irritari. qꝛ qd legittime factum est: ex superuenienti causa non vitiatur.

Si ancillam. In.l.ista ponit talis casus. Mater mea a quodā emit ancillā ꝛ per traditionem accepit: postea cū illa ɔtraxit matrimonium ꝛ cōfessa est ab eo se in dotē illam ancillam accepisse: nūquid valet ista confessio? Rn̄detur ꝙ non: qꝛ titulus dominij duplicari non potest. Tex. quesitum.sub. ex traditione. vt.s̄.de rei ven.l.seruū. Tex.nō potuit.vt.ff.de reg.iur.l.non ex pluribus.

Si nō donationis In.l. ista dicitur. Ego nō donaui tibi vineas meas: sꝫ in veritate tibi eas vēdidi ꝛ tradidi pro certo p̄cio: nō soluis preciū: nunqd repetam vineas? Certe nō, sed p̄ciū ex ɔ̄ctu petā a te. Tex.si nō donatiōis cā. ideo dicit hoc: qꝛ cū donatio sit mera liberalitas: vt.ff.de edi.le.l.rē legatā.nō possem petē p̄ciū. Tex.actio.s.ex vendito. Tex.nō cōpetit. qꝛ est ɔ̄ctus noiatus. vn̄ nō hꝫ locū ob cām ɔditio: sꝫ in ɔ̄ctu noiato sic: vt.ff.de p̄scrip.v̄.l.nālis.§.j.ꝛ.ij.

Empti fides. In.l.ista tria dicunt. Primo dr̄ si vendo tibi rem meā nullo p̄cio designato: nō est emptio vel venditio. Secūdo dicit̄. si vendo tibi rem meam certo p̄cio: ꝛ tu non soluis preciū: possum petere precium non a contractu resilere. Tertio dr̄. si dono tibi rem meā ꝛ simulo vendere: vēditio nulla est qꝛ ficta: sed donatio bn̄ valꝫ. Tex. empti fides ac venditi.q.d.emptio ꝛ venditio sine q̄ntitate.s. certi p̄cij: nulla est.ac si aperte dicat̄.venditio ꝛ emptio ɔ̄hit̄ de re vendita ad certum preciū in certa q̄ntitate cōuentum: vt insti.e.§.preciū. Sed si cōuentum est preciū q̄ntitate incerta potest dari insolutū.vt.j̄.de rescin.vendi.l.precij causa. Tex. possidet.i.nō dr̄ pro predone possidere. si adeptus est possessionem eo volente.vt.j̄.de acquir. pos.l.minus. Qd̄ est intelligendū fide habita de p̄cio.vt insti.de rerū diui.§.vendite. ꝛ.ff.e.l.qd̄ vendidi. Tex.sed donationis.sub.vere. Tex. predij facta vēditione.sub.simulata. Tex.perficit̄ donatio.sub. que erat vera.vt.s̄.e.l.donationis.

Si mater. In.l.ista ponit̄ talis casus. Mater mea ex bonis p̄ris sui vel mei.quesiuit sibi prediū.qꝛ forte legatū fuit ei a patre suo vel meo: postea illud p̄dium sibi quesitū ab aliquo cōparauit: sꝫ ne ista emptio? Certe nō: qꝛ emptio rei ꝓprie nō tꝫ.nec est ius suū in aliquo dimiutū nec ɔsistit emptio: vt.s̄.e.l.cū res.dixi plene. Tex.nō potuit. qꝛ plus valet qd̄ agit̄ q̄ qd̄ simulate ɔcipit̄.

Inuitum. In.l.ista ponitur talis regula. Nemo inuitus tenetur cōparare.ꝛ iō si postularē a principe: domine cogatis illum inuitū a me emere: hoc desideriū meum iustam causam non habet: ꝛ iō admitti nō debꝫ.hoc dicit ista.l. ¶ Or ordinabitis ita litteram.desideriū postulantis inuitū aliquā rem cōparare vel distrahē non cōtinet iustam causam. sub.ꝛ iō non debꝫ admitti.al's sic: vt.j̄.de edi.diui adri.tol.l. vlti.in fi. ¶ Or segnori in.l.ista not. duas regulas. Prima est.ꝙ nemo inuitus cogitur emere. ꝛ ad hoc cōcor.j̄.de iure deli.l.nec emere. Sic nec inuitus cogit̄ quis ɔducere: vt.j̄. lo.l.inuitos. Sed hec regula fallit in duobus vel in tribus casibus.nā ecce si habes rem cōmunē pro indiuiso cū titio: ꝛ tuam dimidiā emi: si anteq̄ traderes titius prouocauit te ad diuisionem: ꝛ tibi tota res fuit adiudicata: totam quidem emptori trades: vt.ff.de act̄.emp.l.iul.§.idem celsus. Idem est in alio casu.nam ecce si habes rem cōmunem cum titio: ꝛ titius partem suam creditori obligauit.si partem tuam emo: ꝛ anteq̄ traderes creditor prouocauit: ꝛ tibi fuit adiudicata: totam quidem a te emere cogor: vt.ff.communi diui.l. communi diuidundo. in fi. Item fallit ꝛ tertio casu: vt si seruum cōmunem volo manumittere: teneor offerre precium tue partis: vt.j̄.de seruo cōmuni ma.l.vlti. Item habetis hic aliam regulam. qd̄ quis inuitus non tenetur vendere: quia iustum est vnicuiq̄ sua cōmitti: vt.s̄.de iudeis si celi.l.nemo. ꝛ quia iniquum est rem suam a quocunq̄ sibi auferri: vt.ff. rerum amo.l.marcellus. Sed hec regula fallit ratione religionis: vt.ff.de reli.l.siquis. Item fallit si habeo seruum cōmunem: ꝛ volo eum manumittere ꝛ offerre preciū: vt.j̄.de cōi seruo ma.l.j. Item fallit si dn̄s in seruū suū seuiat sine cā. vt ff.de his qui sunt sui vel ali.iur̄.l.j.ꝛ.ij.

Non iccirco. In.l.ista dicit̄. Si emo a te predium: licet non cōueniat inter me ꝛ te ꝙ des mihi fideiussorē de euictione ꝛ fuit omissum in instrumentū ꝙ induxisti me in vacuam possessionem: nihilominus valet emptio.ꝛ si forte circa venditionē volo penitere.nam sola penitentia non habet venditio retractari.hoc dicit. Tex.non accepit.nisi aliud conuenisset: ꝛ nisi euictio imineret in limine contractus vt.j̄. de euic.l.si post perfectum.imo non tenet̄ duplum ꝓmittere nisi in rebus preciosis: vt.ff.de euic.l.ij. Tex.omissum est. vt s̄.de proba.l.cum res.ꝛ.s̄.de fide instru.l.non iccirco. Et est ratio: qꝛ scriptura nō est de substantia contractus sed fit ad memoriam: vt.ff.de fide instru.l.iiij. Tex. recte possidet al's pro predone presumit̄ possidere: vt.j̄.de acquir.pos.l.vnius. Tex.potest.ꝛ dominium non est translatum: quia non est habita fides de precio.al's secus: vt.s̄.e.l.empti fides. Tex.rescindi.cōtestatio.qꝛ si emptor dicit ꝛ protestatur: penitet me emisse: hoc facere non licet vt hic ꝛ.s̄.de act̄. ꝛ oblig.l.sicut. ꝛ.s̄.de transac.l.q̄uis.

In vendentis. Segnori.l. ista bona.l.est ꝛ materia huius.l.est valde vtilis ꝛ habet duplicem intellectū: ꝛ vterq̄ verus: sed vnus nō pertinet ad rumbū. Ego tamen ponā casum sicut littera iacet: postea subijciam exempla in terminis circa litteram. ꝛ hec.l.dicit ꝙ cōmerciū non pōt conferri in arbitriū ementis vel vendentis. ꝛ si ɔferat̄ nulla est emptio vel venditio.ꝛ idem est si emo a te si voluero.si vēdis mihi si voluero.ex quo non paritur necessitas distrahēdi mihi vel cuilibet alij. ¶ Or segnori littera ista ordinat̄ sic. nulla est obligatio.sub.ipso iure collata cōditione cōparandi.puta vēdo si voluero.emo si voluero. Tex. in vendentis: idest venditoris. Tex.vel ementis.i.emptoris: qꝛ non astringit necessitate cōtrahentes. Tex.iccirco ꝛc̄.qd̄ dixit in genere: nunc ponit in sp̄e. Tex.rem.ꝓpriam.vel aliam: vt.ff.e.l.rē alienam. Tex. nō compellit̄. ¶ Or segnori habetis in.l.ista vt dixi in casu. Ubi est exemplum in terminis. Quidam ita posuerunt. si venditor ita dicit: vendo tibi q̄ti voluero. vel dicit emptor: emo q̄ti voluero nō valet: vt.ff.e.l.qd̄ sepe.§.j. ¶ Or segnori istud exemplum est verum: qꝛ si precium cōfertur in arbitriū ementis vel vendētis nō valet: vt in p̄al.l. qd̄ sepe. ¶ Sed segnori hic non dicit ꝙ emptio ꝛ venditio confert̄ in arbitriū alterius: vnde debetis ponere exemplū in terminis in vēditore ꝛ emptore: puta si dicit venditor.vēdo tibi si voluero nō valet: ꝛ nulla est obligatio: vt.ff.de act̄. ꝛ obl.l.sub hac. ¶ Or vidistis qualiter hec.l.intelligat̄: nūc circa.l.istam est insistendū: ꝛ aduertatis hāc materiā: qꝛ dn̄s Azo hic in summa tetigit eam: sed imperfecte ꝛ sine ordine. ego tn̄ plenius ꝛ clarius tangā: ꝛ nihil de ɔtingētibus omittam. Uos hētis hic exemplū emptionē ꝛ venditionē in arbitriū ementis vel vendentis ɔferri nō posse. Contra.vr̄ qd̄ emptio pōt ita contrahi. si dicit emptor res ista pro. c.sit tibi empta nisi intra tale tp̄s tibi displicuerit: valꝫ.vn̄ offertur in arbitriū emētis. vt insti.e.§.emptio. ¶ Ad solutionē huius contrarij hic multe fabule scripte sunt. Et vno mō dixerunt quidā.si venditio fiat pure: sed resoluit̄ sub ɔditione que cōfertur in arbitriū alterius valet: vt in.l.ɔtra. secus si emptio ɔtrahat̄ sub ɔditione: que confert̄ in arbitriū alterius: puta vendo si voluero nō valet vt hic dicitur. ¶ Soluit̄ ꝛ secundo modo ita.nam in.l.illa erat cōtracta emptio q̄ti alter estimaret. vnde tenet emptio si adiectum fuerit: nisi displicuerit infra certū tempus.hic aliter fuit adiecta conditio in arbitrium ementis vel vendentis: vnde non valet. ¶ Soluitur ꝛ tertio modo. nam in.l.illa ɔferebat tacite in arbitrium alterius: puta vendo tibi rem istam. ꝛ si tibi infra certū tempus displicuerit

displicuerit:non valet.hic autez conferebatur expresse in arbitrium alterius:puta vẽdo si voluero:emo si voluero. z id non valet iuxta regulaz.expressa nocent:tacita non. vt.ff.de reg.iur. Sed vos spretis istis solutiõibus soluetis duobus modis istud cõtrariũ.Et vno modo fm Jo.nã est differẽtia qz aut confertur in arbitrium.alterius precium aut res. Si confertur precium:puta si dico:emaz q̃ti volueris q̃ti estimaueris.z hoc casu non valet:qz ista emptio esset derisoria vt.ff.e.l.qd sepe.§.j. Si autem non fertur res in arbitrium alterius:puta vendo tibi rem istaz nisi displicuerit tibi.j. tale tempus.z hoc casu valet propter rei experientiaz.z quid vult istud dicere propter rei experientiam. nam tota die ita contrahitur venditio.vendo tibi librum istum z teneas vsq3 ad mensem si placet tibi z postea des mihi preciuz. vnde qz emptores volunt experiri rem emptaz per locũ a communiter accidentibus:bene potest conferri cõprobatio z reprobatio rei in arbitriuz emptoris:vt in.l.contraria. Uel dicatis qꝫ de.l.ista nihil ad illam.nam hic loquimur ipsuz commerciuz emendi vel vendendi in arbitrium alterutrius conferri non posse.sed in.l.contra.non cõferebatur in arbitriuz alterutrius cõmerciuz vel res vel precium: sed conferebatur approbatio vel reprobatio rei vẽdite gratia experiẽtie ignote. Et ad solutionez huius contrarij ita distinguendum est vt consueui distinguere : aduertatis eam: quia optima est. Cum aliquid confertur in arbitrium alterutrius vel alicuius:aut in contractibus bonefidei:aut stricti iuris:aut in vltimis voluntatibus.Si in contractibus bonefidei puta in emptione z vẽditione:vt insti.de act.§.actionum.refert autem si in contractibus emptionis confertur aut cõmerciuz aut res aut prediuz.Si cõmercium non tenet ipsa emptio. verbigratia.vendo tibi rem istaz si voluero.hic qz inuicẽ cõtrahentes necessitate non astringuntur: qz nulla est obligatio ipso iure.z sic intelligitur.l.ista.z.ff.de actio.z ob.l.sub hac.Si autẽ confertur res:hic potest dici tripliciter. Uno modo sic.si confertur res pure:puta vendo tibi rem illam si tibi placuerit:fm quosdaz valet:vt in.§.prealle.insti.e. z.§. emptio.sed fm alios non valet. Sed si vẽdo pure z adijcio resolutionez sub conditione valet:vt in preal.§. Uel dicatis tertio:ipsa res:qz res est de substantia vt precium. vt.ff. e.l.nec emptio.non potest cõferri in arbitrium alterius:sed approbatio vel reprobatio rei sic:vt in preal.§.emptio. Si autẽ confertur preciuz sed in arbitriuz alterutrius:non valet.vt.ff.e.l.qd sepe.§.j.qz preciuz est de substãtia cõtractus sicut res.vt.ff.eo.l.pacta.§.paulus. Si autẽ preciũ confert in arbitriuz tertie psone aut incerte aut innominate. verbigratia.vẽdo tibi q̃ti aliqs estimauerit:hoc nõ valet.ff. lo.z cõduc.l.si merces in princ. Fallit tamẽ in casu puta si obligo tibi rez pignori hoc adiecto:rẽ habeas emptã iusto precio.vt.ff.de pig.l.si fundũ minus.Si autẽ ꝯfert preciũ in arbitriũ tertie psone noiate.verbigratia. vẽdo tibi rẽ istaz q̃ti titius voluerit:valet emptio si fuerit arbitratus.z si eque arbitrat:stabit ei.vt.j.e.l.vlti.sed si inique arbitret.reducitur in arbitriũ boni viri.vt.ff.p socio.l.si societatez.§.arbitrorum. z hec vera sunt quãdo substantialia conferuntur in arbitrio alterutrius.sed si aliqd accidẽs circa emptionem confertur in arbitrium alterutrius:puta vendo tibi seruuz meũ si reddiderit rationes arbitrarias: hoc casu valet vẽditio.vt.ff.e. l.hec venditio.in princi.z qd dicimus in vẽditione: idem z in locatione.vt.j.e.l.vlti.Si in contractibus stricti iuris cũ aliquid cõfertur in arbitrium alterius ꝯtrahentiũ vel alicuius:refert.aut stipulatio ꝯfertur in arbitriũ alterutrius contrahentium.z tunc aut expresse aut tacite.Si expresse: puta promitto tibi.x.si volaz:nõ valet.vt.ff.de verb.ob.l.cẽtesime in fi.sed tacite promitto tibi.x.si ascenderis capitoliuz. hoc casu valet:qz expressa nocent:tacita nõ vt.s.dixi. Si autem confertur stipulatio in arbitriuz tertie persone z certe:puta promitto tibi q̃ti titius arbitratur.z hoc casu valet stipulatio si arbitretur.vt.ff de verbo.oblig.l.siquis arbitratur.z si eam arbitretur:statur eius arbitrio.alis.non.vt.ff.de operis liber.l.si libertus.Si autez confertur aliquid in arbitrium alicuius in vltimis voluntatibus:aut confertur in arbitriũ heredis vel legatarij vel tertie persone.in arbitriũ heredis confertur dum dicit testator: lego tibi.x.si heres meus voluerit. Or circa articulum istũ faciatis vim in verbis cũ legatum confertur in arbitriuz mei heredis. verbigratia. lego tibi.x.si heres meus voluerit tibi dare.hoc legatum non valet.vt.ff.de leg.ij.l. senatus.§.legatuz. Aut non confertur in merũ arbitriũ heredis.sed in iustũ z etiam cõprobatum. puta dicit testator: intendo relinquere bona mea bonis viris.z de moribus tuis non est mihi certuz.sed heres meus inquiret hoc.vnde dicit:lego tibi.x.si heres meus estimauerit te dignum ad habenduz.hic non cõfertur legatũ in merum arbitrium heredis.z hoc casu valet.vt.ff.de leg.iij.l.fideicõ. §.si sic.z.§.postq̃.Si autem confertur legatum in arbitriuz legatarij.valet.vt si dicit testator lego tibi.x.si volueris.quia perinde est ac si dixisset:lego tibi.x.qz inest tacita conditio si volueris:vnde est purũ legatũ.vt.ff.de le.ij.l.iij.z.ff.de cõdi. z demon.l.ꝯditio.Si autẽ legatum ꝯfert in arbitriuz tertie persone:refert.qz aut tacite aut expresse.Si expresse.puta lego tibi rem illam si titio placuerit. istud legatũ captatorium est z non valet.vt.ff.de condit.z demon.l.si expressum. z.ff. de le.j.l.captatorie.Si aũt confertur tacite: puta dicit testator:lego .c.si titius ascenderit capitolium.valet legatum: qz expressa nocent zc.vt.ff.de cõdit.z demon.l.nõnunq̃.z hec vera sunt cuz confert in arbitriũ merum tertie persone si tamen approbat.vñ si lego tibi q̃ti titius estimauerit:valet. vt ff.de le.iij.l.j. Or segnori dñs Joan. z Azo circa.l.istam formant tres questiones quas nõ puto valere. Et prima qõ est ista.ita dicit emptor:rem illam volo emere pro.x.z ita loquitur in infinitiuo mõ.z idẽ dicit venditor: volo tibi rẽ istã vendere pro.x.valet ne ista vẽditio? Respondet qꝫ nõ: qz nõ sequitur fm artistas.volo emere:ergo emo. Certe non. qz si volo ascendere arborẽ:nõ sequit me ascendere sed voluntatez ascẽdẽdi habeo.z adhuc anteq̃ ascendaz:res est imperfecta.similiter idem est si dico volo emere pro.x. Or segnori nimis subtile querunt. sed nos dicimus hoc casu venditionem z emptionẽ cõtractam esse:qz nec cõmerciũ nec res nec preciũ confert in arbitrium alterutrius.z per ista verba volo emere pro.x.pbatur ꝯsensus de presenti.z solo ꝯsensu contrahit emptio: vt.s.e.l.ij.non ob. volo ascendere arborez:qz ibi requirebantur duo.s.voluntas z factũ post volũtatem.qd indicat finẽ.sed in emptione sufficit solus ꝯsensus sine alio facto. Or segnori scdo querit hic. ponamus ita dicit emptor:emo rez istaz pro.x.si vis.z vẽditor dicit:vẽdo tibi rem istaz pro.x.si vis.tenet ne ista venditio? Dicit Azo qꝫ non:qz ipm cõmerciũ ꝯfertur in arbitriũ alterutrius.Sz hic alij dixerunt qꝫ tz:qz cum dico volo emere rez istaz pro x.si vis.z tu dicis:volo vẽdere si tu vis.ambo consentimus. qz ista verba declarant presentẽ ꝯsensum.vt.s.e.l.ij.nec potest dici pplexa:qz vna ꝯditio admittit aliaz. nam ista ꝯditio volo emere pro.x.si vis:amplectitur tuam. sed si vna ꝯditio non amplectitur aliã:ibi est perplexitas.sicut est cuz dicit testator.si titius solus insolidũ mihi erit heres:tũc solus sempronius sit mihi heres.z si solus sempronius erit insolidũ mihi heres.titius sit mihi heres insoliduz.hic est tanta perplexitas que non potest cadere in corde alicuius : z hoc qz vna non amplectit aliam.vnde deficit.vt.ff.de condi. insti.l. si titius. Tertio z vltimo querit hic.quid dicimus in emptionibus quas cõtrahunt rustici z pueri. pueri student in donato z nõ intelligunt.idem est in rusticis qui nesciunt loqui.nam dicit rusticus.vellem emere asinũ tuum pro.x.dicit ille.z ego vellez tibi vendere pro.x.nunqd tenet ista emptio z venditio? Rñdet fm verba qꝫ nõ valet. qz in emptione requirunt verba pñtis temporis. puta emo. non verba futuri temporis.puta vellem emere.vt.s.e.l.iij.z.ff.e.l.j.z.ij.

Dudum. Or segnori ista.l.non habet locuz in picardia. imo oppositum obtinet ibi. Et hec.l.ponit istuz casum.Olim ita erat.si habebam rem meaz venalem quã diu consanguineus meus volebat emere.aliquis extraneus non poterat emere. immo si extraneus emebat. si consanguineus volebat offerre precium recuperabat rem. Item olim ita erat. si duo erant consortes in aliqua re z vnus volebat ven-

dere rem illam: non poterat q̄diu consors volebat emere. sed si alius emebat: ↄsors poterat offerre p̄ciū ꝛ recupabat rem. Unū dicit iperator: hec. l. nō placet nobis: ꝛ iō possum vendere rez meā ꝓximis ꝛ extraneis ad voluntatē meā nisi lex ad mitteret quasdā psonas sp̄aliter ad emendū. nā tunc ille psone admittuntur. hoc dicit. Tex. dudum. i. olim. Tex. proximis. i. agnatis vl' consanguineis. Tex. remouerēt. sub. si rem venalem volebat emere. Tex. inuiti. sub. vendere cui nolunt. vēdere tñ volunt sȝ non ei. qd̄ non dȝ eē: vt. s̄. e. l. inuituȝ. Tex. supiori lege. i. antiqua. nō intelligatis de supiori l. prox. Tex. nisi lex. Lr̄a ista legit̄ pluribus modis. Et vno modo sic. nisi lex. i. testator. naȝ voluntas testatoris pro lege seruatur: vt in auc. de nup. §. disponat. Tex. hoc facere ꝓhibuerit. i. in optionē ꝑuenire ꝓhibuerit. Hoc mō exēplificabitis hic. pr̄ meus me ꝛ fratrē meū ↄstituit sibi heredes. ꝛ dixit ꝙ frater meus non posset vēdere ꝑtez turris vel domus sibi ↄtingentis nisi mihi: vt. j. de re. ali. non ali. l. vl. Uel pōt exponi ꝛ legi scd̄o modo nisi lex. i. ↄuentio. Et no. sic exemplum. Si ego ꝛ frater meus ↄuenimus in diuisione: ne frater meus alteri venderet q̄ȝ mihi ꝛ ecōtra. nam hoc casu nō pōt alij vendere: qꝛ ↄtractus ex ↄuentione. l. accipiunt. vt. ff. depo. l. j. §. si ↄuenerit. Uel pōt exponi ꝛ legi lr̄a ista tertio modo nisi lex. s. scripta. Et no. sic exēplum. Nam ecce si cōcedo tibi rem in emphytheosim ꝛ tu meliorasti: si vellis vēdere meliorationem non lȝ tibi alij vendere q̄ȝ mihi si infra duos mēses volo emere: vt. j. de iure emph. l. vl. Uel potest exponi ꝛ legi quarto modo nisi lex. s. scripta: ꝛ tunc pōt notari exemplum in terra mensurata vt est in habitatorib⁹ metrocomie. i. ville mensurate per capita ne vendat̄ terra illa nisi habitatoribus ville illius: vt. j. ne li. habitato. metrocomie. l. vna. li. xj. Uel potest exponi ꝛ legi quinto modo ƀm picardos: nisi lex. i. consuetudo. Et no. exemplum sic. In picardia est consuetudo ꝙ nullus possit vendere extraneo rez suam donec consanguineus vel consors vellet rem venalem emere. que consuetudo ibi seruatur pro lege. vt ar. ff. de le. ꝛ se. consul. l. minima.

Uper rebus. Segnori hec. l. ē noua. l. iusti. s superiores leges sunt alioꝝ imperatorū qui precesserunt iusti. Et hec. l. hȝ duas partes. Et p̄ma ps loquit̄ in locatione. scd̄a in emptione. Et in prima ꝑte dr̄. si vendo tibi rez meā quāti titius estimauerit: nunquid valet ista venditio? Iusti. dicit ꝙ talis venditio valet si titius fuerit arbitratus: nec deficit cōditio nec recedatur a psona. nam sicut sub qualibet ↄditione pōt contrahi venditio: puta si nauis venerit ex asia ita potest cōtrahi venditio si vēdo tibi q̄nti titius estimauerit: siue ista vēditio fuerit facta in scriptis siue sine scriptis: dūtñ si in scriptis fuerit celebrata venditio: perfecta sit scriptura vt in nostra alia. l. continet̄. Et hec que dicta sunt in vēditione: eadē iura hñt locū in locatione ꝛ ↄductione: vt si loco vel ↄduco tibi q̄nti titius estimauerit: valet locatio vel conductio: nec recedit̄ ab eius psona. h. d. ista. l. Tex. ꝑueniret. sub. si eque fuerit arbitratus. vel recurritur ad arbitriuȝ boni viri: vt. ff. pro so. si coita. Tex. ƀm nostre. l. que est. s̄. de fide instru. l. cōtractus. Tex. expellimus. Et hic est primus casus ꝛ valet. Sed fallit fauore dotis. j. de dotis promiss. l. iij. Item fallit in alio casu: vt si vendo tibi seruū meuȝ si reddiderit rōnes: vt. ff. e. l. hec venditio. Item fallit in legato: vt. j. cōia de le. l. penul. §. j. Tex. qd̄ ꝛ in huiusmodi. Incipit secūdus casus. Tex. censemus. vt. ff. locati. l. si in lege. ꝛ. l. si merces in prin. ꝛ insti. loca. §. si merces. ¶ Sed dic mihi. si vendo tibi q̄nti titius estimauerit vel estimatus fuerit: si noluerit arbitrari poterit cogi? Uidetur ꝙ sic ƀm Azo. si vnus succepit arbitriū pēa promissa vl' pignorib⁹ captis: ꝛ ipse recepit in se arbitrium ad diffiniendum: quia tunc debet stari eius arbitrio sicut ꝛ arbitri: vt ar. ff. de arb. l. iij. §. tam ꝛ. si. ꝛ. l. litigatores. §. j. ꝛ. l. distinguemus. §. j. Econtra videtur ꝙ non. quia alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri maxime si in se non suscepit arbitriuȝ. quia tunc non tenetur arbitrari quia nemo cogit̄ suis negocijs dimissis itendere negocijs alienis: vt ar. s̄. de serui. l. presenti

¶ Ueruȝ qꝛ aliquando vēdunt̄ hereditates ꝛ incorpalia. ponitur de act. ꝛ her ede. vendi. Et d̄ heredi. vendita agitur in. l. j. ꝛ. ij. Et de act. vendi. agitur. j. e. l. vl.

Si alienam. In. l. ista ponitur talis casus. Aliqua hereditas tanq̄ȝ vacans delata erat fisco: postea fiscus vendidit mihi illam hereditatem. nunquid ego teneor respondere creditorib⁹ hereditarijs an fiscus? Rn̄det̄ ꝙ ego ēptor teneor nō fiscus. Et hoc est sp̄ale i fisco fauore fisci vt hic. Sic ꝛ al's est sp̄ale in fisco. vt. ff. de iure fisci. l. eū qui bona. Secus est in priuato venditore hereditatis. vt. j. l. proxi. ꝛ. s̄. de pac. l. post venditioneȝ. ¶ Dr̄ segnori hic dicit vt dixi in casu. Sed vr̄ contra. ꝛ vr̄ ꝙ emptor qui emit a fisco non teneatur creditoribus rn̄dere. quia statim est securus. sed fiscus tenetur infra quadriennium. vt. j. de qua. prescri. l. ij. ꝛ insti. de vsuca. §. vl. Rn̄deo. ll. ille loquuntur cum fiscus vendit rem singularem vt suam. secus tñ est si vendit hr̄ditatem alienam vt suam fauore fisci. ne vexet̄ pluribus actionibus vt hic. Sic ēt aliud sp̄ale est in fisco. vt. ff. de pe. here. l. nec nullam. §. siquis sciens a fisco.

Ratio iuris. In. l. ista dr̄. Si tu hereditatem tibi delatam alicui vendidisti ƀm iuris rationē tu teneris respondere creditoribus hereditarijs ꝛ legatarijs sine fideicommissarijs. ꝛ cū eo cui vēdidisti pōt expiri ƀm ordinem iuris. nec emptor tibi tenet̄ satisdare. ꝛ si hoc postulas sero desideras: vbi noiatim illud ↄuenisset qñ vēdebat̄ hereditas. Sȝ ꝛ si eo pacto vendidisti vt creditoribus hēditarijs emptor soluēt tñ adhuc nō cogit̄ rn̄dere sȝ tu. Uerumtamen si nō soluerit ex forma pacti poteris conuenire eū ad interesse. Tex. vt tibi satisfdetur. sub. de euic. vel de precio prestando. Tex. cōprehēsum est. vñ nō dȝ peti nisi consuetudo aliud suaderet: vel hēditas contineret preciosas res: vt ff. de euic. l. aliud. ¶ Sȝ quero hic quare si emo hēditatem non teneor rn̄dere creditoribus hereditarijs. sed hēo vtiles actiōes: vt. j. e. l. nois. Rn̄deo ratio est illa qꝛ tu me inuitum non potes delegare alij. Sȝ ideo hēo vtiles actiones: quia inuitis debitoribus potest mihi cedere: vt. ff. de noua. ꝛ del. l. j. ꝛ. j. e. l. emptor.

Nominis. In. l. ista tractat̄ de scd̄a n ꝑte rubrice. Et in. l. ista dr̄ ꝙ nomē debitoris mei inuito eo possum vendere ꝛ cedere. Tex. nominis: idest actionis. ꝛ de hoc dic vt dixi. s̄. l. proxima.

Qui nōdum. In. l. ista dicitur. q Aliqua hereditas deferebatur mihi. non eram certus si illa hereditas esset locuplex vel nō. petij a te vtrū esset locuples. tu dolose dixisti ꝙ nō vt illā tibi venderem: vnde tibi vendidi. nunquid ista venditio officit mihi? Certe non: ꝛ ideo non teneor: tibi tradere vel cedere actiones. Tex. persuadēte dolose.

Emptor. In. l. ista dicit̄. Si tu emie sti ab herede hereditatem tibi delatam: si heres cedit tibi actiones habes vtiles: ꝛ exercitium directarum actionum. si non cedit habes vtiles actiones sine omni cessione. Tex. fungitur. nam cessis actionibus habet exercitium directarum actionum: vtiles suo nomine: vt. ff. pro socio. l. ea que placuit. vt. ff. de actio. ꝛ ob. l. ij.

Qui tibi. In. l. ista dicitur. Si tu vendidisti mihi hereditatē tibi q delataȝ: anteq̄ȝ tradas mihi tu es dominus ꝛ ideo si postea alteri vendis ꝛ tradis: secundus emptor efficitur dominus ꝛ est potior me. Tex. perseuerat. quia sola venditione nō transit dominium: vt. s̄. de rei ven. l. seruum. Tex. cogetur. vt. j. de his qui a non do. ma. l. si tibi.

Postq̄ȝ

Postq̃. In.l.ista dicit. Si obligas mibi instrumenta in quibus continentur nomina debitoꝝ tuoꝝ: eo ipso potero experiri personali act. contra debitores tuos. qꝛ si vẽdis mibi instrũm: eo ipso videris mibi vendere act. cõtra debitores tuos. ꝛ ideo babeo vtiles actiones sine cessione. Tex. vt cautiones. i. infra quibus ꝯtinet ꝙ talis dꝫ mibi. c. Tex. darentur. ꝛ ad istud accedit. ff. de pigno. acti. l. si conuenerit. Tex. dandas actiones. ꝛ ad istud accedit. s. si cer. peta. l. ij. ꝛ. s. de act. ꝛ obli. l. ij. ꝛ. s. e. l. emptor bereditatis in fi.

Ex nominis. In.l.ista dicitur. Si emo actionẽ competentẽ contra tuũ debitorem: dominium rerum tibi obligatarũ nõ videor emẽ: sꝫ debes me facere ꝓcuratorẽ in rem meã: al's babeo vtiles actiones sine cessione. Tex. persecutio tribuit. qꝛ boc casu bꝫ exercitium directarũ actionum. vt. s. e. l. emptor.

Certi ꝛ indubitati. Segnori. ll. alioꝝ imperatoꝝ qui precesserũt iusti. in superioribus babuistis bec. l. que vltima est buius tit. est noua. l. iusti. ꝛ ista. l. respicit vltimam partẽ rubrice. Et in. l. ista dicit: omnis actio põt vendi siue sit realis siue personalis: cũ nomen actionis generale sit. ꝛ sicut si aliquis vendit realẽ: transeũt vtiles actiones sine cessione. ita si aliquis vendit personalẽ transeunt vtiles actiones sine cessione. Tex. personalẽ. puta certi conditionẽ. Tex. redemerit. i. emit. Tex. eum qui in rẽ actionem. pone rei vẽdicatiõem vel bypotbecariã. Tex. actionem. sub. siue mixtam. qꝛ nomẽ actionis est generale vt bic. ꝛ. s. de eden. adita. Sed qualiter poterit vendi vel cedi iniuriarum actio ante litẽ ꝯte. cũ ante non sit in bonis nostris. vt ff. de iniu. l. iniuriarũ actio. §. j. Item post lit. ꝯte. nõ qꝛ effecta est litigiosa. vt. j. de litig. l. ij. Et dixerunt quidam ꝙ nõ poterat vendi vel cedi iniuriarum actio. Sed certe in qõne ista dicimus ꝙ bec. l. loquitur generaliter: qꝛ actio iniuriarũ potest vẽdi ꝛ cedi cũ sit in personam. Si dicis actio iniuriarũ non est in bonis nostris: qꝛ ante lit. ꝯte. nõ cõpetit beredi. vt ff. si quis caut. l. qui eum. §. qui iniuriarũ. Rñdeo: actio iniuriarum est in bonis nostris qꝛ nobis competit.

¶ Que res vendi non possunt.

¶ Ex predictis videbatur omnis res posse vendi: ꝛ quẽlibet posse emere ꝛ vendere. qd bic remouet.

Fucande. In.l.ista videbitis per vos ꝙ ista. l. nõ valꝫ bo die vnã festucã palee pp boium fatuitatẽ. ꝛ bec. l. instruit boies. dicũt fatui boies quare nõ possumus vti vestibus quibus vtitur princeps cũ simus nati ab adã ꝛ eua vt ipse. Tex. vellus. i. lana. Nã murex muricis est quidam piscis ꝛ est lanosus: ꝛ de eius sanguine tinguntur purpure. vt. s. de rescri. l. sacri. vbi dr ꝙ nullus purpurã audeat emere. Tex. discrimine. interlineauit Ir. nescio quare iperator ꝓbibuit istud. ¶ Sꝫ segnori si ipse nesciuit: debuit scire ꝙ ꝓbibuit duplici rõne. Et pma spãlis rõ ẽ qꝛ subditi nõ debẽt eẽ pares suꝑiorib⁹. vñ fatuus est miles q militat iuxta principem cũ freno deaurato ꝛ priceps bꝫ frenũ de ferro ꝛ corrigatũ. ꝛ iõ soli pricipi lꝫ aurũ spargere. nõ aũt ita dꝫ facere vn⁹ burgẽsis vel miles q̃uis pecuniosus sit: vt in auc. de consu. §. j. col. iiij. ꝛ est cõis rõ: qꝛ interest reipublice ne qs re sua male vtat: vt isti. de bis q sunt sui vel alie. iur. §. j. sic ꝛ iterest reipublice: ne scbolaris solus teneat bospiciũ p se. Itẽ iterest reipublice: ne aliquis scbolaris in primo anno cũ audit leges vtat veste magistrali ꝛ põtificali. qd sepe faciunt in ciuitate ista. sed boc reputo magnam arrogantiam.

Comparandi. Segnori ista. l. nõ valet vnã festucam qꝛ nõ seruat in marinis ptib⁹: ꝛ maxie dñi veneti ꝛ dñi ianuẽses ꝛ dñi pisani nõ seruãt. ipsi bñ emũt sericũ a barbaris. Et in. l. ista dr ꝙ aliquis mercator nõ pt emẽ sericũ a barbaris sꝫ comes cõmercioꝝ.

Uia nõnunq̃. In.l. ista dr. Si frumẽtũ ẽ positũ in littore maris: aliquis nõ dꝫ emere vel vẽdere: qꝛ ꝓsumptio est vt portet ad barbaros. ꝛ si faciat aliqs: capite punit. Tex. qꝛ nõnunq̃. sub. i. aliqñ. Tex. in diuersis littorib⁹. s. maris. ꝛ ita ista. l. est in ar. ꝙ aliqs frumẽtum vl' alias res q̃ sunt inducte nõ debeat portare ad confines: qꝛ verisimile est ꝙ cito ad alias partes transmitteret. Odo.

Nec frumẽtum. In.l. ista dr. Si frumẽtum est deportatũ ad exercitũ ꝙ aliqs nõ debet emere cã mercandi. ꝛ si aliquis cõtrafacit penã buius. l. patit: que est deportatio vel ꝓscriptio. Tex. bonestiores. i. nobiles viri. Tex. stilum proscriptionis. glo. Pla. i. deportatiõis. sꝫ male dicit. vt. j. dicam. vnde exponetis proscriptiõis. i. publicationis bonorum. Tex. inferiores. vt plebei.

¶ Que res exportari non debent.

¶ Dixit de rebus que non possunt vendi: nunc dicit de rebus que non possunt exportari.

Ad barbaricum. In.l. ista dr ꝙ non debemus ad barbaros portare vinum vel oleum vel acetũ vel similes res vẽdendi cã. Tex. ad barbaricũ. sub. solum. Tex. ꝛ liquaminis ponamus acetum vel aliud.

Nemo. In.l. ista dr ꝙ barbari non cõsueuerunt arma portare. nec eis ꝯsueuerũt vẽdi arma. vñ si cõtingeret ꝙ barbari veniant romã cã legationis vl' alia de cã. istis ꝓbibitũ est vendi arma. Siquis autem ausus fuerit vendere arma bostib⁹: patitur banc penam: qꝛ bona sua omnia debent fisco applicari: ꝛ postea patiat penã capitalẽ. boc dicit ista lex.

¶ De eunuchis.

¶ Sicut quedã res ꝓbibite sunt vẽdi: vt. s. in duobus titulis ꝓximis babuistis: ita ꝓbibitũ est boies eunuchos fieri ꝛ vendi. ꝛ iõ ponit de eunuchis. i. de bis qui testiculis carẽt.

Siquis. In.l. ista dr ꝙ aliquis in ciuitate romana non dꝫ aliquem spadonẽ facere. ꝛ si aliqs post banc. l. aliquem fecerit: capite punit. Et si dñs eo sciente vel dissimulãte patit mãcipiũ suũ fieri eunucbum: illud mãcipiũ cõfiscat ꝛ locus in quo fit publicat. Tex. dño sciente ꝛ dissimulãte. secus si eo ignorante. vt. j. de bo. li. l. ij.

Romane gẽtis. Segnori veteres antiq nimis diligebãt dominas suas vt faciũt dñi tusci ꝛ maxie pisani. sꝫ lõbardi ꝛ frãcigene multum sunt curiales de suis dñabus. Uñ qd faciebãt olim dñi veteres? ipsi castrabãt boies vt custodirẽt dñas suas. Sꝫ boc iperator leo ꝓbibet in. l. ista ꝛ dicit ꝙ nullus xpian⁹ bodie castret. ꝛ si ꝯfiat: ipo, nit eis pena grauissima. ꝛ tabellio q boc insiꝫ fecerit: ꝛ ille qui octauã vl' aliqd cã vectigalis accepit: eandẽ penã patit. Barbari aũt bñ possunt facere eunuchos: qꝛ extra romanũ imperiũ existũt: ꝛ illi bñ possunt emi ꝛ vẽdi vbicũqꝫ fuerint. Tex. subijciẽdo. ¶ Or segnori ex. l. ista colligetis istud no. ꝙ tabellio qui scribit illicita instrumenta punitur. ꝛ ad istud accedit. s. de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. sane.

¶ De patribus qui filios suos distraxerunt.

¶ Rubrica ista potest pluribus modis continuari ad superiora. Et vno modo sic. Superiori titulo probibitum est

eunuchos fieri in romano iperio ꝛ factos vendi. ꝛ sicut prohibentur eunuchi fieri i romano imperio ꝛ factos vēdi: ita prohibentur patres filios vendere. Uel potest continuari secundo modo sic. de rebꝰ que prohibite sunt vendi: habuistis. s̄. que res vē. nō pos. Item habuistis que res exportari non pos. vt. s̄. que res expor. non debeant. Uerum qꝛ quedā sunt psone que vendere non possunt aliquas psonas: vt pater filium. Ideo ponitur rubrica de pr̄ibus qui fi. distraxe. Et no. ꝙ regulariter patres prohibentur distrahere filios suos: vt. j. e. l. j. In casu tamen permittitur: puta ob necessitatem famis: vt. j. e. l. ij.

I liberos.

In. l. ista casus ꝛ regula talis ponitur ꝙ pater filios suos: nec vendere: nec donare: nec pignorare: nec alio modo alienare pōt. ꝛ si pater cōtrafecerit: licet accipiens ignorauerit illum filiū alienantis esse. non tamen alienatio conualescit. Tex. liberos. i. filios. vt declarat ipsa rubrica que dicit de patribus qui filios distraxerunt. Uel exponatis latius. liberos. siue filios siue nepotes. nam appellatione libe rorum ꝛc̄. vt. ff. de ver. signi. l. liberorū. Tex. a parentibus. i. a patre vl' ab auo paterno vel proauo. multofortius a matre. vt. j. l. proxi. dicetur. Tex. aut quolibet alio modo. i. quocūqꝫ alio titulo. ꝛ sub. vendere non licet quasi dicat. licet ille cui venditur ignorauerit esse filium alienantis. non tamē ꝑpterea conualescit ordinatio. ꝛ ordinatur sic lr̄a. Manifesti iuris est liberos a parentibus ꝛc̄. ¶ Or segnori in. l. ista no. duo no. Et primo parentes non posse suos liberos alienare. ꝛ ad istud accedit. j. que res pig. obli. poss. l. qui filios. ꝛ ff. que res pig. ob. poss. l. vl. Immo si pater alienat imponitur pena ei arbitrio iudicantis. ꝛ is qui accepit a debito cadit. ꝛ tantundem debet dare filio alienato: vt in auct. vt nulli iudi. §. quis vero. Et est duplex ratio quare pater prohibetur filios suos vendere. Quia pater non potest abdicare a se patriam ptātem liberis inuitis: vt. j. de pa. po. l. abdicatio. Et est secunda ratio: quia liberi nostri sicut nos sunt liberi homines. ꝛ liberi hominis non est commertium: vt insti. de inuti. sti. in prin. ꝛ. ff. de ver. obli. inter stipulantem. §. rem sacrā. immo qd̄ plus est. si pater filium suum alienat. ipm filiū potest reuocare. ꝛ hic est casus in quo licet eum venire contra factum suum: vt probatur. j. de libe. causa. l. j.

I quis.

Segnori lex ista duo dicit. Primo ponit instantiam regule posite. s̄. l. proxi. Secundo contra instantiam regule affert medicinam: ꝛ regula erat talis. patres non posse filios alienare. Hic ponitur instantia regule: quia hoc fallit ratiōe paupertatis. ꝛ famis: ꝛ necessitatis. ꝛ his casibꝰ valet venditio. Cōtra instantiā regule subuenitur hoc modo: quia si pater alienauit filium ob famē si pater peruenerit ad pinguiorem fortunam ꝛ vult filium recuperare: vel etiam ipse filius vult dare iustum precium: vel etiam alius extraneus vult dare iustum precium. vel aliquod aliud mancipium eque bonum hoc licebit ei. hoc dicit. Tex. siquis: scilicet pater. vel auus paternꝰ vel pauꝰ. Tex. sanguinolētes. si hētis hic in singulari numero tunc legitur ita littera. siquis sanguinolentus q. d. ipse pater erat in tanta necessitate ꝙ peribat ꝛ ita perdebat sanguinem suum. Uel potest exponi secundo modo. sanguinolentus. q. d. quando pater vendebat filium suum opprimebatur tanto dolore sicut sanguinem suum venderet. Nam bene scio ꝙ Azo aliter hic exponit. siquis sanguinolentus. sub. al's. q. d. quando pater vendit filium suum facit tale quid ꝙ al's penam sanguinis deberet pati quia si pater vendit sine causa filium suum committit in crimen sanguinis: quia capite punitur. l. fauia de plagiarys. vt. j. ad. l. faui. de pla. l. vlti. Alij habent sanguinolentos. in vendendo filios suos: vendunt sanguinem suum. Tex. liceat. Secundum dictum in quo ponitur remediū instantie regule. Tex. ipsi. scilicet patri qui vendidit. vel etiam ipsi filio vel cuilibet extraneo. ꝛ hoc est qd̄ dicit. l. ꝛ qui alienatus est. i. ipse filius. Tex. aut cuilibet alij. i. extraneo. Tex. eū. s. filiū. Tex. si autem ꝑcium. s. iustū. vel ꝑciuꝫ datū pro eo. vt. s̄. de resti. in inte. l. que a patre. Tex. aut mācipium. sub. eque bonū. Tex. pro hmōi prestet. ¶ Or segnori ex. l. ista vos no. duo no. Primo no. ꝙ aliqua permittuntur ex necessitate que al's nō permittuntur. vnde pater filios ob necessitatem famis potest distrahere: quia necessitas non habet legem: vt. s̄. de sacrosan. eccle. l. sancimus. ꝛ. ff. de offi. procon. ꝛ lega. l. aliquā do. ¶ Item no. hic secundo. si pater ob necessitatem famis alienauit filium suum: si velit reddere iustum precium emptori: pater recuperat filium suum. ꝛ hoc est ꝙ qui de euic. tenetur: agit ꝛ vincit. qd̄ est contra regulam. ff. de euic. l. vēdicantem. Sed sicut speciale est hic fauore libertatis. sic ꝛ alibi. ff. d̄ euic. l. qui a pupillo. ꝛ. l. si stipulatus. ¶ Or segnori circa. l. istam subijciam aliquas questiones. Nam hic dicitur ꝙ pater non potest filium suum vendere vel donare vel pignori obligare: sed ob necessitatem famis potest vendere: sed nunquid hoc casu pignorare potest? Dicimus ꝙ sic: quia si licet ei vendere qd̄ plus est: ꝛ licet ei pignorare qd̄ minus est: vt ar. ff. de regu. iur. l. non debet cui. qd̄ plus est. ¶ Secundo quero hic. ponamus pater non est in necessitate famis sed habet guerram mortalē: vellet inuenire pecuniam vt inueniret sibi amicos: nunquid in hoc casu potest filium vendere vel pignorare? Uidetur ꝙ sic: quia vbi in diuersis ꝛc̄. vt. ff. de verbo. oblig. l. a titio. in fi. j. responso. Sed nos contradicimus ꝙ istud est contra iuris regulam introductum: vnde non debet trahi ad consequentiam: vt ff. de reg. iur. l. qd̄ contra rationem. ¶ Sed denuo queritur hic. pater est captus ab hostibus: vult relaxari ad tempus ꝛ vult dare filium pro obside vel ponere loco sui: poterit hoc facere? Dicimus ꝙ non. quia si daret eum hostibus barbaris: filius suus perderet libertatem ꝛ efficeretur seruus: ꝛ sic esset intestabilis: vt. ff. de testa. l. obsides. si daret eū xp̄ianis: istud esset obligare eum pignori: qd̄ prohibitum est: vt j. que res pigno. ob. l. qui filios. vnde de iure romano hodie non possunt dari obsides. tamen propter hominum maliciā ꝛ quia violentia vulnerat iura: de consuetudine vsurpatum est ꝙ hodie dantur ꝛ maxime quando princeps habet guerram ꝛ timet de ciuitatibus ꝙ se non tradant. Quedam tamen decretalis dicit ꝙ dominus abbas contrahendo mutuū: potest contrahere hoc pacto vt tradat monachos suos pro obsidibus: vt extra de iuriur. c. ex rescripto. Et dicunt domini canoniste quoddam qd̄ est mirabile. quādo obijcit̄ eis. q̄o abbas potest dare monachos suos pro obsidibus cum liber homo non potest alienari. ꝛ dicunt ipsi: non alienantur vl' pignorantur. sꝫ retinebuntur pignori donec erit creditori suo solutum. sed istud non est aliud q̄ꝫ dicere ꝙ liceat dare pignori. Sed ego dicerem nō alienantur vel obligantur vt creditor habeat ius petēdi eos ab abbate: sed habet ius retinendi eos: quia alicui magis consulitur per retentionem q̄ꝫ per actionem: vt. ff. de condi. inde. l. si in area. sed totum redibit ad illud: consulitur ei per violentiaꝫ si retinet. ¶ Sed denuo queritur hic. cum pater vendit filiū ob necessitatem famis. nunquid filius efficitur seruus emptoris? Uidetur ꝙ non: sed seruire ei tenetur: vt. j. communia de ma. l. j. Sed certe nos dicimus ꝙ sit vere seruus emptoris: qꝛ in. l. ista dr̄ ꝙ reddito ꝑcio recupat ꝑpriā libertatem. Si obijcitur ob es alienum ꝛc̄. vt. s̄. de act̄. ꝛ obli. l. ob es. Rn̄. illud verum est regulariter. Sed fallit hic si liber redimitur de hostium captiuitate: vt. j. de capti. ꝛ postli. reuer. l. vlti. Unde no. hic ꝙ liber homo efficitur hic seruus. al's regulariter liber homo seruus non efficitur nisi in casu: vt si interueniant. v. que requirunt̄ in predicta venditione vt dixi. j. de libe. cā. l. nec si volens. Item fallit cum libertus reuocatur in seruitutem. vt. j. de libe. ꝛ eorum liber. l. ij. Et hec que dicta sunt habent locum in patre. Sed quid in matre? nunquid poterit filiū suū alienare ob necessitatē famis? Dicimus ꝙ nō potest: qꝛ hec. l. loquitur in patre tantum. Item qꝛ de hoc videtur. l. expressa. s̄. de transac. l. matris transactione. ꝛ sic apparet ꝙ plus iuris habet pater in filium q̄ꝫ mater nec mirum: qꝛ pater habet filium in potestate: vt insti. de pa. po. in prin. qd̄ in matre nō est: vt insti. de adop. §. femine. Itē qꝛ hoc odiosum est filijs. s. ꝙ vendant̄: vn̄ dꝫ restringi ꝙ non possint vendi nisi a patre: vt ar. ff. de libe. ꝛ posthu.

l. cum

l. cum quidam. 7 ff. de cura. furio. l. furiose matris. vbi dicit quod eadem pietas matri prestanda est. Uidebatur tamen contra. quia mater semper certa est: sed pater incertus. vt. ff. de in ius vocan. l. nescio.

De rescindenda venditione.

De contrahēda emptione 7 ven. in superioribus dictuz est. Sed quia emptio 7 vēditio sepe rescinditur: ponitur Rubrica de rescin. ven. i. ex quibus causis vēditiones rescindūtur: vno volēte 7 altero inuito. Et no. quod multe sunt cause per quas rescinduntur vēditiões. quia si coactus vendidit: rescinditur. vt dicā. j. e. l. j. Itez si dolo tuo dante cām vēditioni vendidi. vt. j. eo. l. si dolo. Item si re ipsa immoderate deceptus sum vltra dimidiaz iusti precij. vt. j. e. l. ij. 7 l. si voluntate.

Or iste sunt cāe principales propter quas vēditiones rescindūtur. Sunt 7 alie cāe principales propter quas venditiões rescinduntur. Ut si vēdis mihi rē tuā 7 tu dicis quod ignorabas eius estimationē. 7 ideo dicis quod nō valet. nec est ista iusta cā propter quā habeat rescindi venditio: quia nemo dz eē ignarus patrimonij sui. vt. j. e. l. quisquis. Item si vendis rē pro. x. 7 vis reddere duplum: nō propterea rescinditur. vt. j. e. l. non est probabilis. Item si vendis mihi 7 postea vis impetrare quod liceat tibi a vēditione recedere. vt. j. e. l. ratas.

Moueor. Segnori in tribus.ll. superioribus dictum est qñ dominus cōmitit seuitiaʒ cōtra seruos suos ⁊ in.l.ista dicitur econtra qñ serui exercēt seuitiā cōtra dñm. Et in.l.ista poniť talis casus. Quidā accessit ad imperatorē ⁊ coram eo sic proposuit:dñe imperator vellē vobis exponere quoddam mirabile factū.dixit imperator dicatis.dñe debetis scire q̄ sum miles ⁊ habebam maximā familiā seruoꝝ.vna die cū viderer perplexus cogitationibus isti serui ceperunt mihi blandiri ⁊ dixerunt : dñe vos estis perplexus cogitationibus ascendatis equū ⁊ eamus venatū.vñ ego secutus consiliū ipsoꝝ ascēdi equū.dū essem in media foresta:vnus seruoꝝ meorum ꝓiecit laqueum in collo meo ⁊ me proiecit de equo:alij ligauerūt mihi manus post tergum ⁊ portauerunt me Uenetias:⁊ ibi vendiderūt me tanq̄ seruuʒ eo pacto ne morarer in tota Italia:sed deberem trans mare deportari. emptor postea me manumisit de facto:nunc quero a vobis vtrum sim libertus vel ingenuus vel tale crimen puniendū sit? Ad qđ respondet imperator.istud est detestabile crimen vnde viscera mea mouentur si serui in meo imperio attētāt talia cōmittere.vnde adeas presidem prouincie tue:⁊ si poteris probare corā eo p̄dicta esse vera ipsi capitali pena puniantur.⁊ in exemplum aliorum vt alij terreantur.verūtamē non feras moleste:q̄ non credo tibi quicq̄ de istis verbis nisi probaueris coram iudice.vnde in dubio te presumo talē qualem te inuenio:⁊ libertuʒ non ingenuū.hoc dicit ista l. Uidete litteram. Tex.moueor.sub.dicit imperator quī fecit.l.istaʒ. Tex.esse dicis.sub.non de iure sed de facto. Tex. quare cōpetēs iudex.i.preses prouincie. Tex.aderit.q̄ poteris probare ita esse vt dicis. Tex.execrabile.i. detestabile Tex.in exemplū.s.aliorum vt pena vnius sit metus multoꝝ vt.j̄.ad.l.iul.repe.l.j. Tex.deprehēditur. Unde anteq̄ probes predicta presumeris esse libertus ⁊ nō ingenuus. nam presentem statum non preteritum in dubijs inspiciamus:⁊ ita in eodem statu in quo te inuenio : in eo te tenebo donec contrarium videam. Et ad hoc concor.j̄.de inge.⁊ ma.l.vlt. ⁊.ff.ad mace.l.iij.⁊.ff.de iniur.l.ita apud labeoneʒ.§.siquis virginem.

Qui exportandus. In.l. ista dicitur. Si vendo tibi meum seruum eo pacto ne moretur boñ.sicut non lʒ ei morari boñ. ita nec Rome.q̄ Roma est communis patria. Similiter ⁊ si vendo tibi seruum meuʒ ne incerta prouincia moreť:nō poterit morari in Italia.⁊ si cōtrafiat:potero vti iure meo contra emptorem. qđ pro pena mihi cōpetit. Text.qui.sub.ille seruus. Text.de ciuitate sua pone bononiensi. Tex.morari debet.q̄ cuiꝰ interdicuntur minora.s.morariꝰ boñ.⁊ maiora.s. Rome morari cū Roma sit cōis patria:vt.ff.ad mun.l.Roma ⁊ insti.de satis.in fi. Tex.nec Italia.sub.morari dʒ.q̄ cui interdiciť qđ minus est:⁊ qđ maius:vt.ff.e.l.cum pacto. Tex.competit.⁊ est illđ ius.quia si reseruasti tibi manus iniectionem : poteris vendicare.vel si non reseruasti tibi ⁊ penā fuisti stipulatus poteris agere ex stipulatu ad penam:vt.s̄.e.l.j.ij.⁊.iij.

¶ Si mancipium ita venierit ne prostituatur.

¶ Segnori olim seruabať quedā honestas in re publica romanoꝝ que hodie nō seruatur. Nam olim iure publico romanorum libere mulieres non prostituebant se:sed solummodo ancille ⁊ mancipia manu capta. Uerūtamen q̄ domini interdum vendebant mancipia sua ⁊ apponebant pactū fauorabile ne illa mancipia prostituerentur. Ideo dicit rubrica.si mā.ita ve.ne prostituatur. Et dicitur ꝓstitui que ponitur in lupanario:vt.j̄.e.l.j.⁊ probatur.ff.de ritu nup.l. palam. Et no.q̄ est differentia inter mancipium ancillā ⁊ seruum. Mancipium est neutri generis.⁊ vocamus mancipiū siue ancillam siue seruum hostium quem manu capimus.⁊ dicitur a manu ⁊ capio capis.vt.ff.de sta.ho.l.libertas in fi. serui proprie dicuntur nati ex ancillis nostris. Ancille dicuntur nate ex ancillis nostris:vt.s̄.de rei ven.l.partum.

Prefectus vrbis. Segnori in.l. ista tria dicuntur. Primo dicitur. si vendo tibi ancillam meam eo pacto ne prostituať. ⁊ si prostituatur:seruaui mihi manus iniectionē.si prostituatur debeo adire prefectū vrbis ⁊ faciet mihi potestatē fieri adducēdi ꝫm cōstitutionē diui adri. Secūdo dicitur.si vendidi tibi ancillam meaʒ eo pacto ne prostituať.⁊ si prostitueref:seruaui mihi manus iniectionem ⁊ postea consensu vt prostitueretur : non potero vti iure pacti:sed ipsa perducetur ad libertatem ex constitutione diui adriani missa ad assidium victorinum. Tertio dicitur si vendo tibi ancillam eo pacto ne ꝓstituatur:⁊ tu vendis eam alteri eo pacto etiam si per mille manus ambulasset:tamen ego primus potero vti iure meo. Tex. prefectus vrbis amicus noster.sub.ait imperator Alexander qui fecit.l.istā:vt pʒ ex.l.subscriptione. Tex.eam.s.ancillaʒ. Tex. que ita venit.i.vendita est. Tex.q.si Incipit secūdū dictum Tex.nec enim. Incipit tertium dictum. ¶ Or segnori not. q̄ aliquod pactum afficit rem vt hic in fi. Et est ratio:q̄ hoc pactum est fauorabile. Et ad istud est simile.ff.de mino.l.in cause.§.interdum.⁊.ff.pro socio.l.idēq̄ in fi.⁊ dixi.s̄.de cōdi.ob causam da.l.ea lege. Item no.q̄ quinq̄ modis prouidetur libertati. Per constitutionem diui adriani. Per edictum diui vespasiani. Per constitutionem diui marci ⁊ comodi missam ad assidium victorinum. Per constitutionem diui marci missam ad maximum vrbium. Non tamen tracto hic qualiter prouideatur libertatibus per edicta q̄ tractať de hoc.j̄.ad senatusconsultum orficianū. Nec per constitutiones:q̄ de hoc agitur.j̄.de fideicō.liberta.l.cum vero.§.si apparet. Et constitutio diui adriani habet locum vbi vēdo tibi ancillam meā:vel etiam ex alia qualibet causa iusta trado tibi eo pacto ne prostituatur. Si postea prostituitur: si seruaui mihi manus iniectionem nisi cōsentiam prostitutioni:restituitur mihi vt in.ꝓn.huius.l. Sed si nō seruaui mihi manus iniectionem:vel si seruaui ⁊ consensi prostitutioni ꝑducitur ad libertatem.⁊ sic intelligitur scđm dictū huius. l. Et est dictum diui vespasiani ⁊ habet locuʒ.si vendo tibi ancillam meam eo pacto ne prostituatur:⁊ si vendis eam alteri sub simili pacto:statim si fiat contra primum pactum perducitur ad libertatem:vt.ff.de iurepa.l.diuus. Est ⁊ constitutio diui marci ⁊ comodi missa ad assidium victorinum: vt si vendo tibi seruū vel dono tibi vt post certum tempus manumittas q̄ elapso illo tempore perducitur ad libertatem: vt.j̄.ti.pxi.l.j.⁊.ij. Est ⁊ cōstitutio diui seueri ⁊ Antonij missa ad maximum vrbiuʒ.puta si seruus subministret domino pecuniam:idest nummos peculiares vt eum manumitat: nā dominus tenetur eum manumittere: vt.ff.de manu.l.iiij.in prin.⁊.ff.de iudi.l.vir.

Ulierem. In.l.ista dicitur. Uendidi tibi ancillam eo pacto ne eā prostitueres.⁊ si ꝓstitueref:dixi q̄ libera efficeref.tu prostituisti eam nunqđ possum

postulare officiũ iudicis vt exhibeas eam? Certe sic. ꝛ si forte indigeam auxilio militari: implorare potero. ꝛ si inueniatur prostituta: perducitur ad libertatem. ꝛ hec conuentio siue scripta fuerit siue non: valet dũtamen constet de fide pacti. Tex. mulierem. i. ancillã. Tex. apud tribunal. i. apud competentem iudicem. Tex. oportet. sub. etiam nemine agente. Sunt eniꝫ quedam que per officiales iudices nemine agente expediuntur. similia. s. de epi. ꝛ cleri. l. si quis. ꝛ. j. de his qui latro. l. vlti. Tex. apud eũ. i. apud competentẽ iudicem. Tex. hec autem lex. i. hec conuentio. Tex. valet. qꝛ regulariter ita valet pactum factum cum scriptura sicut sine scriptura: vt. ff. de proba. l. cum res.

EAm que. In. l. ista dicitur. Si vẽdidi ancillam eo pacto ne facias questũ i corpore suo: ꝛ si facias fieri ꝙ ipsa efficiatur libera. tu videris facere contra pactum siue prostituas eam siue facias eã morari in caupona. Tex. eã. s. ancillaꝫ Tex. que ita. i. tali pacto. Tex. sub spẽ ministrandi. vinũ ꝛ cibũ intrantibus. Tex. ne fraus legi. de facto ad factum. Tex. oportet. Unde no. ꝙ si videris mulierez in lupanario siue in caupona: presumitur ꝙ faciat questuz de corpore suo: qꝛ ista duo sunt paria. Et ideo si vendo tibi ancillam eo pacto ne prostituas eam in lupanario. si ponas eam in caupona: videris eam prostituere. ꝙ videtur fieri fraus legi de facto ad factum vnde non valet: vt. ff. de le. ꝛ sena. consul. l. contra legem. nam multis modis fit fraus: vt no. s. de legi. ꝛ constitu. l. non dubium.

¶ Si mancipium ita fuerit alienatum vt manumittatur.

¶ Superior titulus. si seruus exportandus veniat respicit seuitiã, proximus precedẽs respicit fauorẽ. Iste tertius titulus ꝛ mixtus: qꝛ pro parte respicit fauorẽ pro parte seuitiaꝫ vñ dicit rubrica: si mãcipiũ ita fue. alie. vt ma. vel cõtra. Idẽ est econtra. quid iuris sit subijciamus: ꝛ videamus de pma parte rubrice vel econtra agitur. j. e. l. ea quidem.

SI Patroclus. In. l. ista dicitur. Patroclus quidem nomine seruum suum vel ancillam donauit hermie eo pacto vt illa deberet illum seruum vel illã ancillam perducere ad libertatem infra certum tempus certe si patroclus mutauit voluntatem: in contrarium pactum non intercessit. Si infra illud tempus non manumittatur: ad libertatem pducitur: qꝛ constitutio diui marci ꝛ comodi non solum habet locum in seruis venditis: imo ꝛ in donatis. Tex. lege dicta. idest. hoc pacto. Text. vt si ecce pactum. Text. perduceris. sub. postea. Text. ad venditos. sub. predicta lege. Text. sed etiam ad donatos scilicet seruos. Tex. vendere. sub. post vẽditionem ꝛ traditionem factam. als secus: vt. s. de heredi. vẽdita. l. qui tibi. Tex. ex constitutione. diuorum marci ꝛ comodi missa ad assidium victorinum: vt. j. l. proxi. Tex. defendere. Unde no. si vendo vel dono ancillam meam vel seruum meum vt infra certuz tempus manumittas: si non manumittis: perducitur ad libertatem vt hic. ꝛ. j. l. proxima.

SI ea. In. l. ista dicitur. Si aliquis habebat seruum filium naturalem ꝛ vendidit eum alteri certo precio vt infra certum tempus manumitteretur: ille nõ manumittitur: nunquid perducitur ad libertateꝫ? Certe sic ex constitutione diui marci ꝛ comodi missa ad assidium victorinum. hoc dicit ista. l. Uide te litterã. Tex. si ea lege: idest eo pacto. Tex. Chretes. scilꝫ domina. ꝛ est proprium nomen femine. Tex. filium vocatur filius naturalis natus ex ancilla mea: vt. ff. de pigno. l. denique. Tex. eum scilicet seruum. Tex. manumitteret. ponamꝰ vsqꝫ ad certum tempus. Tex. non est manumissus. infra illõ certum tempus. Tex. liber est. sub. illo tempore elapso. Et vt tollatis contraria que signantur hic. ꝛ. j. eo. l. is qui. ita dicetis. Cum do tibi ancillam vt eam manumittas: si do ex cõtractu innominato: do vt manumittas: non habet locũ hec constitutio: immo re integra possum penitere: vt. ff. de pdit. ob causam datam. l. dedi. §. sed si dedi. ꝛ. l. si pecuniam. §. j. Si autem do ex contractu nominato: vt vendo vel dono eo pacto vt infra certum tempus manumittas, siquidem adiecto aliquo modo manumittendi: puta vindicta. si manumittis infra illud tempus: planum est. si non manumittis: statiꝫ elapso tempore perducitur ad libertatem. sed iudex debet pronunciare eum liberuz: vt. ff. si cer. pe. l. non omnis. si aũt hoc non adijcio habet locum hec. l. ꝛ. j. e. l. si is qui.

CUm iusta. In. l. ista dicitur. Domina Iusta ancillam suã nomine Firmam Saturnino eo pacto vendidit: vt cum ista Firma esset annorum vij. tempore venditionis cum haberet. xxv. an. esset libera: nunquid adueniente tempore ipsa debebit perduci ad libertateꝫ? Respondetur ꝙ sic. Tex. cum Iusta. nomẽ proprium est venditricis. Tex. saturnino. nomẽ propriũ emptoris est. Tex. ingenuus est. qꝛ manumissus nõ põt manumitti: sicut nec ingenuus põt manumitti: vt insti. de inge. §. vlti.

SI is qui. In. l. ista dicitur. Si dedi pecuniam vt ancillam tuam infra certum tempus manumitteres: ꝛ fuisti in mora manumittendi: ex hoc ipso ipsa efficietur libera exquo potuit manumitti: si non est manumissa. ꝛ ideo filij nati ex ea postea erunt ingenui. Tex. pro te acceperat. sub. ab extraneo. ꝛ hoc casu dominus operas imponere non põt. vt. j. de operis lib. l. iij. sed si a te ancilla accepisset: nõ cogitur te manumittere: sed potest hortari vt te manumittat. ꝛ si non maumittit te non efficieris libera: vt. s. de conditio. ob causam da. l. si. Tex. manifestum est. sed videtur ꝙ non sit libera: sed datum possit repeti. vnde videtur contra. ff. de prescrip. ver. l. naturalis. in ver. actum do ꝛc. in fin. Ad quod potest dici. hic fuit data pecunia in quãtitate. ibi auteꝫ data fuit vt corpus. ꝛ ita fuit do vt facias: ꝛ ideo non erit libera: vt in. l contraria.

EA quidem. Segnori in. l. ista tractatur de vltima parte rubrice. ꝛ in superioribus legibꝰ tractatum est de prima parte rubrice. ꝛ qa ista. l. videtur mirabilis ꝛ argumentabilis: ꝛ vt satisfactum sit vobis de omnibus que dicentur circa. l. istam: ita ponetis casum. Tu habebas mãcipia: ꝛ illa mancipia latenter offendebant te multum: quia adulterabant vxorem tuam. ꝛ ita non potuerunt ista ita latere quin deuenirent ad noticiam tuam. tamen qa nolebas te vituperare hoc dissimulabas: tamẽ interdum cogitabas: quid faciam? perimam ista mancipia gladio. tamen habita diligenti deliberatione dixisti. vendam alicui ista mancipia eo pacto ne in perpetuũ manumittatur. ꝛ stipulabor penam certe quãtitatis si contrafieret. hoc etiã adiecto vt si manumittantur ꝙ non valeat manumissio: vnde inuenisti emptorem ꝛ ei dixisti. paratus sum tibi vendere ista mancipia isto pacto ne in perpetuũ manumittantur: ꝛ si manumittẽtur ꝙ non valeat ista manumissio. dixit emptor quare apponis ita crudele pactum? dixisti tu. subest causa: quia vellem potius perdere quicquid habeo ꝙ ad libertatem perducerentur. vnde emptor emit isto pacto: ꝛ fuisti stipulatus penam ab eo: ne ad libertatem perduceret: ꝛ si perduceret ꝙ non teneret manumissio: ꝛ teneretur ad penã emptor contra. l. postea perduxit eos ad libertatem: nunquid tenuit manumissio? Certe non: cum sit factum contra pactum appositum gratia venditoris in odium serui. ꝛ ideo si tu venditor fueris stipulatus penam non poteris petere penam. Tex. eam legem. idest eam conuentionem. sic etiam. s. de pactis. l. legẽ. Tex. que psone eius. s. serui. Tex. immutari eius facto. i. domini emptoris. Text. debeat. vt. s. si aduersus fiscum. l. j. Tex. si non ipse. idest quem vendidisti hoc pacto. Tex. contineant. ¶ Or segnori ad. l. istaꝫ opponitur tripliciter. Et vno mõ sic. Si vẽdo tibi mancipia mea eo pacto ne manumittas. si manumittis non perducuntur ad libertatem. Sed videtur ꝙ pducuntur

cuntur ad libertatē: sed teneaꝛis prescrip. ver. ad interesse vt.š.de condi.ob cām da.l. ea lege. Ad solutionē cuius cōtrarij vos ita dicetis. Aliud in alijs rebus: aliud in seruo: vt si dono tibi rem meam eo pacto ne alienes: valet vēditio. sed possum agere prescrip.ver.vt seruetur pactum vel interesse prestetur. Sed hic si vendo vł dono tibi seruū eo pacto ne manumittas: si manumittis non valet manumissio. Et est ratio.quia sicut alꝭs libertas facilius competit: ita difficiliꝰ reuocatur: vt.ff.de inge.ma.l.generaliter.§. quotiens. Uel dicatis ꝙ vendidit mancipium propter grauem offensam si adiecit pactum ne manumittatur. si manumittitur non perducitur ad libertatem: ne maleficium serui impunitum remaneat: vt.š. dictum est. Uel potest dici tertio modo. Si vendo tibi seruum eo pacto ne manumittas.siquidez intelligo de effectu beneficij non perducitur ad libertatez.si cogito de manumissione facti: tunc perducitur ad libertatem: vt.ff. de seruis exportandis.l.quesitum. ¶ Or secundo instatur ad.l.istam. Nam hic dicitur si manumittis seruū cōtra.l.pacti. non cōmittis penam. sed videtur ꝙ cōmittis in penam: vt.ff.de serui.expoꝛ.l.si ea. Ad quod respondeo. Si vendo eo pacto ne manumittas: ⁊ stipuloꝛ penam: ⁊ cogito de effectu beneficij: penam non peto vt hic. alꝭs sic vt ibi. ¶ Sed denuo tertio instatur. Et vř ꝙ si de facto manumittas ꝙ cōmittas in penā: vt.š.de trāsa.l.vbi. Ad qō pōt dici. aliud in trāsac.qꝛ reus dū cōueniť dicit se de facto inqetari. vñ stipulať penā ne fiat cōtra trāsac.i. ne fiat ei de facto qō. sed hic vř agi de effectu beneficij simile in stipulatione hēre licere: vt si stipuloꝛ hēre litē sub certa pena: videoꝛ stipulari ne mihi moueať qō: vt.ff.de ver.ob.l.stipulatio.§. hi qui.

Si puellam. In.l.ista dicitur. Uēdidi tibi ancillam eo pacto vt manumittas. ⁊ si non manumitteres promisisti mihi prestare.c.aureos. nō seruasti fidem nunquid perducitur ad libertatē ipsa? Certe sic. Tex.si puellam: idest ancillam. Tex.vt manumitteretur.sub. intra certum tempus. Tex. prestarentur. sub. nomine pene. Tex.non seruata fide: quia non manumisisti. Text.constitit.q.d.libera efficitur: ac si emptoꝛ eam manumisisset infra illud certū tempus ex constitutione diui marci ⁊ cōmodi missa ad aufidium victoꝛinum: vt colligitur in ea.l.ff.de manu.l.cum minoꝛ.Tex. conditionis potestatez. nam conditione adueniente: si non manumisisset ex constitutione efficitur libera ac si eam manumisisset. vnde sicut si eam manumisisset non posset petere penā: ita hoc casu non poterit petere penam.

¶ De edilicijs actionibus.

¶ Quia in emptione ⁊ venditione edilicie actiones locuz habent idest actiones descēdentes ex edicto ediliuz curulium: ponit de edilicijs actionibus. Et debetis scire ꝙ quidam erant magistratus in ciuitate romana qui vocabantur ediles curules. Et ideo ita vocabantur: quia curam habebant edium edendarum: idest ne domus comburerentur: ⁊ ne mala cibaria venderentur. Curules dicebantur: qꝛ ibāt in curribus honoꝛis causa. Isti ediles curules statuerunt actiones suas. si quis vēdiderit seruum vel equū suū moꝛbosuz vel vitiosuz. Et sunt tres. Una vocať redhibitoꝛia ⁊ tollitur sex mensibus. Alia quāto minoꝛis ⁊ tollitur anno. Alia vocatur in factum: vt.j.e.l.iij.

Si non simpliciter. In lege ista dicitur. Aliquis non ignoꝛās immo dolose tibi ignoꝛāti vēdidit seruū fugitiuū: vel erronē: nunqd tenebiť tibi? Certe sic. ⁊ non solū ad pcium: imo ad dānū qō passus es.⁊ ita ad tuum interesse. Tex.fugitiuum. dř seruus fugitiuus ⁊c. vt.ff.e.l.quis sit in prin. Tex.vel alio mō vitiosum. puta erronem. Et dicitur seruus erro ⁊c. vt.ff.e.l.qui scit in princi.§.errone.vespertilio dicitur seruus qui tota die doꝛmit ⁊ de nocte vadit venatuz: vt est quoddam animal quod vocatur barbastello. qō de die doꝛmit: de nocte volat. sic ⁊ iste: vt.ff.e.l. si ita quis. Tex. cōueniri.sub. redhibitoꝛia actsi potius expediebat habere ꝗ̄ non habere.

Cum proponas. In.l.ista dř. Emi a te seruū moꝛbosuz. seruus iste fugit a me post ānū.nūqd possum agere redhibitoꝛia: vel quāto minoꝛis contra te? Ad qō rńdet impatoꝛ ꝙ nō. qꝛ redhibitoꝛia tolliť spacio sex mēsium. quanto minoꝛis anno vtili. ¶ Or segnoꝛi not. ꝙ tres sunt edilicie actiōes. Est redhibitoꝛia que hꝫ locum cum res moꝛbosa vel vitiosa venditur. ⁊ ego si sciuissem nō eraz empturus propter vitium rei. ⁊ habetur in ea ratio dāni: vt.š.l.proxi.⁊.ff.eo.l. illud in fi. Et durat spacio sex mensium: vt.ff.e.l.cum sex. Et ꝗ̄to minoꝛis res valet. vt si vēdis mihi seruum fugitiuum infra annum debeo te conuenire quāto minoꝛis est: vt.ff.e.l.sciendu z.in fi. Est actio in factū. quando emi rem moꝛbosaz vel vitiosam. postea cōuenit inter me ⁊ te de ea redhibēda.⁊ habet locum si non tu promisisti ea que ꝭm consuetudinem debent promitti: vt.ff.eo.l. ꝙ si nolit.§.qui mancipia.⁊.§.in factum. ¶ Sed que differentia est inter quāto minoꝛis res vꝫ. ⁊ eam quāto minoꝛis esset emptoꝛ empturus si sciuisset? Respondeo ꝗ̄to minoris esset emptoꝛ empturus habet locum cum emptoꝛ omni modo etiam emisset si scisset moꝛbum vel vitium rei: sed minoꝛi precio. Sed quāto minoꝛis valet habet locum. cum emptoꝛ non erat empturus si scisset moꝛbum vel vitiuz rei: vt.ff.de act.emp.l.iul.⁊.l.quero. Uel dicatis vbi est res minoꝛis empta ꝗ̄ valet: tollitur anno vtili: qꝛ est pretoꝛia vt hꝭ. sed quanto minoꝛis esset empturus est ciuilis ⁊ est cognomen actionis: ⁊ durat.xxx.annis.

Si apud. In.l.ista dř. Uendidisti mihi mācipiū ⁊ illud nō fugit ante venditionē sed postea: hoc dānū pertinet ad me emptoꝛem. Sed quid si vēdidisti mihi mancipium: ⁊ conuenisti ꝙ in futuruz non fugeret: valet ne tale pactum? Uidetur ꝙ non: quasi sit hoc impossibile. Sed certe veriꝰ est ꝙ valeat.vnde debes curare vt nō fugiat. Tex. pertinet. ¶ Or segnoꝛi ex princi.huius.l.colligetis vnam exceptionem contra redhibitoꝛiam. semper quādo estis aduocatus rei detis operam probandi ꝙ res carebat vitio tpe vēditionis: vt ita periculū pertineat ad emptoꝛē.nam nō sufficit ꝙ emptoꝛ probet ꝙ post vēditionem seruus sit fugitiuus: vt hic.⁊.e.l.quero.in fin. Tex.temere.i.fatue. Tex. ꝗ̄uis hoc impossibile: idest difficile videatur. Et ad istud accedit.ff.de pac.l.nō impossibile. Tex.posterioꝛes eniz casus.sub.accedentes post venditionem.

Si predium. In.l. ista diciť. Si emisti a me prediū eo pacto vt si displicuerit tibi infra talē diem esset inemptū.nunquid si displiceat tibi infra talem diem resoluetur vēditio? Certe sic. ꝗ̄si venditum sit sub conditione ⁊ cōditio defecerit. ⁊ ideo tibi emptoꝛi competit redhibitoꝛia cōtra me venditoꝛem. Sed ponamus ꝙ prediū vbi est herba pestifera: vel letifera mihi ignoꝛāti vēdidisti. nūquid potero agere redhibitoꝛia? Rńdetur ꝙ sic. Tex.resolui. ⁊ ita vēditio fuit facta pure. sꝫ resoluitur sub conditione: vt colligitur.ff.de ꝯben.emp.l.si ita quis. Secus est in precio: vt.š.de ꝯben.emp.l.in vēdentis. Tex. ⁊ redhibitoꝛia.i. actio ex empto. vt probať.ff. de ꝯbē. emptio.⁊ vendi.l.sed celsus.§.annua. Tex.distractus sit.vñ iste fundus est in causa redhibitionis vt hic. ⁊ .ff.e.l.j. ⁊ hec vera sunt cum mihi ignoꝛanti vendis. Secus si sciēti: quia qui scit certioꝛari non debet.ff.de actio.emptio. ⁊ ven.l.j.in fi. Tex.eum fundum. ¶ Unde no.ꝙ redhibitoꝛia actio hꝫ locum in rebus mobilibus ⁊ se mouentibus: ⁊ in rebus soli. In rebus mobilibꝰ habet locum redhibitoꝛia si dominꝰ Becarius debebat vēdere carnes moꝛticinas ⁊ vendit carnes erroneas: tenetur redhibitoꝛia: vt.ff.e.l.j. Itē habet locum redhibitoꝛia in rebus se mouētibus: vt si quis debeat vendere mancipium bonuz: vendidit moꝛbosum: vt.ff.e.l.j. Item habet locum redhibitoꝛia in rebꝰ imobilibus vt hic.

r.ff.e.l.j. ¶ Sed quid si aliqs vendidit tibi librum falsum in textu r in glosis cum deberet tibi vendere veracez: habz ne locum redhibitoria vel quāto minoris? Uidetur ꝙ non: qz redhibitoria datur pro morbo qui est in corpore. quanto minoris datur pro vicio qd inest aio. sed liber non hz malū in corpore: vel nō est pallidus: r istud est viciuz animi. Ecō tra videt ꝙ sic: qz edictuz edilium curuliuz habet locū pro rebus imobilibus r mobilibus. Et appellatione reruz imo bilium libri cōtinentur: vt.ff.e.l.j. ¶ Or segnori in questio ne ista nos dicimus. si liber qui venditur est adeo mēdax ꝙ potius expedit eum non habere q̄ȝ habere ꝙ habet locum vtilis redhibitoria: vt arg.ff.eo.l.j.§. deniqz. r colligit.ff. de excep. rei iudi.l. si is qui.§.j.

HAbito. In.l.ista dicitur. Emi a te seruū barbaricū vl' xp̄ianū bonafide r solui preciuz. nunqd si apparet illū seruū fugitiuū: possuz agere redhibito ria: vel quāto minoris? Rñdet ꝙ sic. Tex. exhibere. Or segnori custodiatis vos hic: qz hic dicitur. si volo agere redhibitoria pro aliquo seruo: debeo exhibere illū seruū. Sed.l. dicit. si hō pro quo agitur redhibitoria est in fuga sine culpa emptoris ꝙ nihilominꝰ pōt agi redhibitoria act̄. Unde videt̄ ꝯ.ff.e.l. redhibē.§.vl. Rñdeo verbū redhibere soluit cōtrariū. Nā verbū exhibe re iur̄ nr̄o est equiuocū: qz exhibere est facere in publico po testatē: vt.ff. de exhi.l.ij. Et in significatione hac qui agit re dhibitoria pro suo fugitiuo non dz eū exhibere ex quo suꝰ est in fuga sine sua culpa: r tamē potest agere redhibitoria: vt in.l. contra. Aliquādo dicitur exhibere. i. probare seruuz in causa redhibitionis esse. qd potest esse in seruo qui est in fuga: vt hic dicitur. Unde ad hoc allegat̄ magistraliter hec l. ꝙ equiuocatio est scripta in.l.

¶ De monopolijs r conuentu negociatorum illi.

¶ Segnori licet hoīes hodie mali sint tamen retro nō fue runt omnes sancti. olim fiebant monopolia in ciuitatibus. i. mercatores r scriptores faciebāt talia pacta ꝙ nullus ven dat brachium pāni nisi pro.x.sol. vel nullus scribat quater num pro minori precio.x.sol. Unde supradictum est de em ptionibus r vendi. faciendis. r qz causa vendendi fiebant monopolia r conspirationes prohibite causa emēdi r ven dendi. Et est conspiratio dum dicunt mercatores. si aliquis apportat ad ciuitatem istam talez pānū non ematur nisi pro tanto. r si aliquis vult emere a vobis non detur ei nisi ꝑ tan to. Scio tamē ꝙ dominus Azo aliter exponit de monopo lijs prohibitis. i. de singularibus venditionibus. ¶ Et no. ꝙ monopolium dicitur duobus modis. Uno mō monopo lium a monos qd est vnum vnde monostica. i. scientia ipsiꝰ. r pola quod est venditio siue pola qd est venditor: vnde mo nopoliuz est venditio ꝙ debet vno precio fieri. Uel dicitur monopolium a monos quod est vnum. r polis quod est ciui tas: qz sola vnica ciuitas est in qua fit vēditio talis: vnde po la est venditor r pola est venditio.

HAbemus. Segnori.l. istam vi debitis per vos. r ista lex bona est si bene seruaretur. sz non bene seruatur in ciuitate ista nec alibi: qa tanta est potentia regum r subditoruz ꝙ istas.ll. suant tm̄ verbis sed non factis. Et de hoc benedictus sit dn̄s deus noster. Et in.l. ista dicit̄ ꝙ omnes negociatores artifices r alij oparij siue sint venditores siue emptores non debent facere monopolia. r specialiter pro hibetur tale monopolium. nam ita ordinauerunt muratores in ciuitate ista ꝙ si aliquis incohoat opus meum r non facit mihi qd promisit r expellam eum non inuenirem aliquem qui ibi poneret manum. imperator prohibet ista fieri sub pe na capitis. r primates professionum si patiantur hoc fieri: debent pati penam.l. librarum auri. officiales iudicum si dissimulant hoc fieri: puniuntur.l. libris auri. ¶ Or segno ri no. ꝙ contra.l. istam faciūt omnes taliarelij r tricoli r mu ratores r magistri de lignamie; r quasi oēs artifices; quod grauiter boñ. potestati r suis iudicibus est ferendum: nec velit deus ꝙ mihi contingat.

¶ De nundinis r mercatoribus.

¶ Quia causa emendi r vendendi fiunt nundine: ponit de nundinis. Et debetis scire ꝙ nullus potest facere nundi nas nisi impetret a principe. Et si non vtitur eo priuilegio x. annis perdet illud: vt.ff.eo.l.j. vnde de nundinis videa mus r subijciamus.

QUi. Segnori.l. istaz videbitis per vos. Tamen vt intelligatis eam dicetis ꝙ in.l. ista dicitur. Si aliquis est dominus nundinarum non potest ibi aliquem conue nire. sed mercatores inter se bene possunt conueniri.

¶ De vectigalibus r cōmissis.

¶ Segnori rubricā istaz ita ꝯtinuabitis ꝙ mercatores qñ vadunt ad nūdinas r reuertunt̄ portant merces: r de merci bus debēt soluere vectigalia: iō ponit de vectigalibus. Et qz mercatores interdū latēter vadunt ꝑ aliquē locū vt non prestent vectigalia: ponit de cōmissis r de confiscādis mer cibus si vectigalia non prestātur. Et est vectigal octaua ps rei: vt.j.e.l. ex prestatione. ¶ Et not. ꝙ dominus imperator vel rex francie vel anglie non debet exigere vectigal nisi in casu: vt.j.l. exceptis. ¶ Item no. ꝙ sunt quidaz qui nō pre stant vectigalia vt sunt legati deuotarum gentium: vt sunt ambasiatores ciuitatis acon: vt.j.e.l. legatis. ¶ Item no. si illi qui debent prestare vectigal non prestant: vectigal com mittitur in fiscum: vt.j.e.l.j. r.ij. imo quilibet debet hoc pro fiteri. licet ista professio remittatur militibus: vt.j.e.l. oībus. ¶ Item no. ꝙ sunt quedam res de quibus non prestat̄ ve ctigal: vt.j.e.l. vniuersi.

NEqz commissum. In.l. dicit̄. Si aliquis portauit merces de loco ad lo cum: r nō soluit vectigal: r fiscus infra qn quēnium non mouit sibi questionem: post quinquēnium non poterit vendicare illas merces. Tex. potest. vnde no. licet rei vēdicatio.x. vel.xx. an. prescriptione tollatur: vt.j. de prescrip. lon. tem.l. penulti. r vlti. tamen hic tollitur quinquēnio. Leges sequētes videa tis per vos vsqz ad titu. sequētem.

¶ Noua vectigalia institui non posse.

¶ Istum titulū videbitis per vos. Tñ no. ꝙ antiqua debēt exigi: sed noua nō pn̄t institui sine auctoritate imperiali. Et idem est iure canonico. extra de censi. c. prohibemus.

¶ De cōmertijs r mercatoribus.

¶ Et no. ꝙ cōmertium est ipsa emptio r venditio que fit a mercatoribus: quia que fiunt ab his rc̄. vt.s. de contrahen. emptio. r venditio. dictum est.

NOn solum. Segnori in.l. ista no. ꝙ auruz a bar baris subtili ingenio est extorquēdum. Et dicuntur barbari quibus bellum populus romanus indixit.

¶ De rerum permutatione.

¶ Rubrica ista pōt ꝯtinuari duobus modis ad superiora. Et vno mō sic. De ꝯtibus innoiatis puta de cōmodato r deposito in supioribus dictū est. nunc de ꝯtibus inoiatis est vidēdum. s. de rerū permu. qui est ꝯtus innoiatus: vt.ff. eo.l.j. Et qz in rerū pmu. locū hz pscrip. ver. actio: vt.j.eo.l. ex placito. annectit r de pscrip. ver. actio. ¶ Sed circa istaz continuationē instatur. Cum locatio r cōductio de qua ha betis.j.

betis.j.ti.proxi. sit cõtractus nominatus: vt.ff.e.l.j. cur posuit istum titulum in medio. Ad quod potest dici. de cõtractibus nominatis ex quibus transfertur dominium: si tradens est dominus vel si non est dominus paratur cã vsucapiendi: in superioribus dictũ est. Sed ex locatione nõ trãsfertur dñium: vt.ff.loca. ⁊ conduc.l.non solet. nec parat̃ cã vsucapiendi: q2 locator non vsucapit: vt.j.cõia de vsuca.l.j. Et ideo in medio ponitur de rex permu. Et hec cõtinuatio est domini Azo. ⁊ non vr̃ multum bona: q2 in superioribus dictum est de ɔ̃ctibus nominatis ex quibus nõ trãsit dñiũ: vt de cõmo. ⁊ de po.⁊c̃. Et ideo vos ita breuiter potestis cõtinuare. In superioribus dictũ est de emp. ⁊ ven. ⁊ q2 rerũ permu. similis est emptioni ⁊ ven. vt colligitur.ff.e.l.j. põit de rex permu. Et q2 in rerũ pmutatione h3 locũ p̃scrip.ver. actio: annectit de p̃scrip.ver. actio. Et de p̃ma pte rubrice agitur in.l.j.ij.⁊.iij. Et de vltima agitur in.l.reb⁹.⁊ in.l.pe.⁊ vlti. ¶ Et super ista rubrica cõsueui formare duas questiones. Et quero sic. quare rerum permutatio dicitur contractus innominatus? emptio ⁊ venditio dicuntur contractus nominati? vt.ff.eo.l.j. Assignat dominus Azo mirabilem rationem. contractus nominati sunt ex quibus solo cõsensu nascitur actio ⁊ obligatio. sed in reru3 permu. non nascitur actio solo consensu: sed re ipsa: vt.j.e.l.permutatione.⁊.l.ex placito. Sed hec non vr̃ bona ratio: q2 idem in cõmodato ⁊ deposito qui sunt contractus nominati: vt.ff.de pactis.l.iurisgentiu3. in prin. ⁊ tamen in eis re contrahitur obligatio: vt insti. quibus mo. re contrahi.obli. in princi. Et ideo vos dicetis emptio ⁊ venditio dicuntur contractus nominati: quia habent ita propria nomina q̄ alijs contractibus cõuenire non possunt. Nam emptio ⁊ venditio non potest cõuenire mutuo. Sed illi contractus dicuntur innominati qui habent nomina sua generalia: ita q̄ alijs cõtractibus accõmodari possunt: vt est rerum permutatio. ¶ Secundo queritur hic. quale est istud nomen prescrip.ver.actio? Circa h̃ ita dicetis. nam olim ab initio cum actiones fuerunt a iure ciuili inuente: omnis actio dicebatur prescriptis verbis: quia in omnibus actionibus erant prescripta statuta circa solemnitate3 ponende actionis. Et erat talis: vt si quis caderet a syllaba: caderet a tota causa: vt.ff. de ori.iur̃.l.ij.§. deinde. Sed olim dicebat̃ solẽnis formula: vt.ff.de furtis.l. si seruus nauẽ. Sed hodie sublata est illa solẽnitas: vt.s̃.de for.⁊ impe.re.sub.l.j.⁊.ij. Unde cũ olim oẽs actiones vocabantur prescript.verb. q2 in natura rerum plura sunt negocia q̃3 vocabula: vt.ff.eo.l.j.⁊.l. naturalis. Uisum est fore vtile statuere quãdam generalem actionem que antiquum nomen retineat. que dicitur prescrip.verbis. ideoq3 statutis verbis generalibus: habet locum in rex permuta.vt.j.e.l. ex placito. Et in contractibus innominatis: vt in pacto apposito in rerum traditione: vt.ff.eo.l. naturalis.§.j.⁊.j.eo.l. in rebus. Et in pacto apposito incontinenti: vt.s̃.de pactis inter emptio.⁊ vendi.conuen.l.ij.

Si cu3 patruus. Segnori l.ista põit duos casus. Et in primo casu non fuit emptio ⁊ venditio: nec rerum permutatio: s3 est eis vicinus. In secundo casu fuit reru3 pmutatio. Ponetis ergo sic casum in terminis. Patruus meus habebat quãdam possessionem venalem ponamus pro.xx. pater meus volebat emere illã possessionem: sed non habebat pecuniam ad manũs. dixit pater meus patruo meo. ego vellem emere a te possessionem quã habes venalem: sed non habeo pecuniam ad manus: sed accipe istam domum mea3: ⁊ sufficit tibi pro fundo tuo. ⁊ ita pater meus non taxata estimatione vl' quãtitate precij: domũ pro fundo dedit. postea ille fundus a patre meo fuit euictus sine iniuria iudicantis. ⁊ sine culpa patris mei. postea decessit pater meus ⁊ ei extiti heres. certu3 est q̄ habeo regressum de euictio. contra patruum meum: sed qua actione? ex empto non: quia non fuit venditio. prescrip.ver.non: quia non fuit rerum permutatio. sed certe habeo vtile3 act. ex empto: ⁊ ad instar actionis directe ex empto: quia fuit ei vicinus contractus. vel habeo vtile3 actio.prescrip. verbis ad instar prescrip.ver. que fuit vicinus permutationi. Secũdus casus est. si patruus meus possessionem suam venalem non habebat: ⁊ pater meus dedit ei domum pro illa possessione: fuit rerum permutatio. ⁊ ideo euicta illa possessione a patre meo: ego filius qui extiti ei heres potero agere prescrip.verbis actio. ad interesse. vel vt restituat mihi domum quam pater meus ei dedit condit. ob causam da. hoc dicit ista.l. Uidete litteram. Tex. si cum patruus tuus possessionem haberet. pone aliquem fundum ⁊ pone pro.xx. exempli causa. Tex. possessionem. pone domum dedit dicẽdo pro illo fundo quem habes venalem pro.xx. ego libenter: emerem: sed preciu3 non habeo ad manus: sufficiat ista domus. Sed quare dixit non taxata precij quantitate? quia si dixisset tu habes illum fundum venale3 pro.xx. ⁊ dabo tibi istam domum pro illo fundo pro.xx. tũc enim esset emptio ⁊ venditio: vt.s̃.de rescin.ven.l. precij. Tex. id quod comparauit: idest quasi comparauit: quia non fuit emptio ⁊ venditio: quia emptio ⁊ venditio non habent ɔtrahi de re ad rẽ. sed de re ad certam quãtitatem precij taxatã: vt.ff.e.l.j.⁊.ff. de contrahen.emptio. ⁊ vendit.l.j. Text. euictum est. quia si per iniuriam iudicis vel culpam patris cui euictu3 est: non posset agi de euictione si euinceretur: vt.ff. de euic.l. si per imprudẽtiam in prin.⁊.l.si ideo in fi.⁊.l.si dictum.§.ij. Tex. ac cõmunis. Hec littera exponitur multis modis. Tex. ex empto actionis. scilicet directe prescriptis verbis. vtilis ex empto. que olim cognominabatur prescrip.ver. ⁊ iste contractus fuit emptioni vel venditioni proximus. Uel exponatis secũdo modo ex empto actionis: scilicet vtilis ex permutatione. quia non fuit rerum permutatio: sed contractus proximus rerum permutationi. Tex. desideras. ⁊ hucusq3 durat primus casus. Et in isto primo casu not. sicut in emptione ⁊ venditione agitur de euict̃. ad interesse etiã si non sit promissa euictio: vt.j.de euict̃.l. non dubitatur. ita de cõtractu proximo ei agitur de euict̃. vt hic. Tex. at enim. Incipit secundus casus in quo fuit rerum permutatio. Text. prestitum est: idest traditum. Tex. si hoc elegeris. q2 si permuto tecum ⁊ res quã tradidisti a me euincitur: habeo electionem vel volo petere illud quod dedi condi. ob causam da. quasi causa nõ secuta: vt colligitur.ff.e.l.j. vel agere prescrip.verbis ad interesse: vt.j.l.proxi.⁊.l.rebus. ¶ Or segnori not. q̄ l.ista ponit duos casus. Et in primo casu non fuit emptio vel venditio vel rerum permutatio: sed fuit cõtractus eis vicinus. Uere nõ fuit emptio ⁊ venditio: quia non contrahitur emptio nisi conueniat de re ⁊ precio certe quãtitatis: vt insti.de contrahen.emptio.⁊ vendi.§.preciu3. Denuo non fuit permutatio: quia patruus meus venalem possessionem habebat. sed quia pater meus nõ habebat pecuniam ad manus: conuenit ei dare domum suam pro illo fundo. Sed in secundo casu fuit rerum permutatio: q2 patruus meus non habebat possessionem venale3: sed simpliciter conuenit q̄ daret fundu3 pro domo. Apparet ergo ex premissis aliquem contractum esse emptionem ⁊ venditionem: aliquẽ esse reru3 permutationem: aliquẽ ei esse similẽ. Nam contractus emptionis ⁊ venditionis est vt si aliquis habet rem venalem ⁊ conuenit inter emptorem ⁊ venditorem de illa re vendenda certo precio vel de insolutum dãdo certo precio: vt.ff.de contrahen. emptio. ⁊ venditio.l.j. ⁊.ff. de rescinden. ven.l.precij. Permutatio rerum est: vt cum quis non vult vendere sed appetit habere rem illam pro sua: vnde rerum permutatio est diuersaru3 rerum facta inuicem prestatio: vt.j.e.l.ij.in fi. In emptione ⁊ venditione habet locum directa actio ex vendito vel ex empto: vt.ff.de actio.empti ⁊ ven.l.ex empto. ⁊ in rerũ permutatione habet locum prescrip.ver.actio: vt.j.e.l.ex placito. Est cõtractus qui est proximus emptioni ⁊ vẽdi. sicut est in p̃mo casu hui⁹.l. vnde dabatur vtilis ex empto ratione vicinitatis emptionis ⁊ venditionis. vel dabitur prescriptis verbis vtilis ratione permutationis ad interesse. ¶ Or segnori super.l. ista quero sic. Quia ex predictis apparet que sit differentia inter emptionem ⁊ vendi. ⁊ rerum permutatione3 ⁊ cõtractum proximum emptioni ⁊ venditioni ⁊ rerum permutationi. Sed que est differentia inter contractum innomi-

natum do vt des: ꝛ rerum ꝑmutationē? Rn̄deo rerū permutatio est ꝓprie de re certa ad certā: vt si cōueni tibi dare domum certā pro illo fundo certo qd ex eo appet: qꝛ cuꝫ leges faciunt mētionē de reruꝫ ꝑmutatione annectunt de re certa ad certā: vt. j. e. l. qm̄. Sed ꝯctus innoiatus do vt des: habꝫ fieri de re incerta ad incertā: ꝛ de icerta ad certā: vel de certa ad incertam. Habet ꝯctus innominatus fieri de incerta ad incertam: vt si conueni tibi dare bouem in genē: ꝛ tu asinum in genere. Itē habet celebrari de re incerta ad certaꝫ: vt conueni tibi dare bouem in genere: ꝛ tu asinū in spē. Itē habet celebrari de re certa ad incertam: vt si cōueni tibi dare asinum in spē: ꝛ tu mihi bouem in genere. Et ista probantur. ff. de prescrip. ver. l. naturalis. §. j. ꝛ. ij.

Ermutationeꝫ. In. l. ista dr̄. Permutationem esse contractuꝫ bonefidei: ꝛ re ipsa contrahi ꝛ obtinere vicem contractus emptionis ꝛ vēditionis. Tex. re ipsa. quasi dicat ipso facto: vel re ipsa: idest rei interuētu: quia in rerum permutatione rei interuētu vestitur pactū: vt. j. proxi. l. dicetur. Tex. sicut cōmemoras. i. asseris in libello precum tuarum. Unde interroganti respondet imperator: vt patet ex. l. subscriptione. Tex. viceꝫ emptionis. sub. ꝛ venditionis. ¶ Unde no. duo no. Rerū ꝑmutatio est bonefidei cōtractus: vnde actio prescrip. ver. que oritur de ꝑmutato bonefidei est. Unde in duobus casibus bonefidei est: cum proponitur de estimato ꝛ permutato: vt insti. de act. §. actionum. ¶ Unde no. ꝙ dn̄s Io. in arbore actionuꝫ in q̄ posuit omnes ꝑtorias ex vna parte. s. ex dextera. ex alia pte. sꝫ ex sinistra posuit oēs ciuiles. Et posuit actioneꝫ ꝑscrip. ver. sed fecit vnum qꝛ figurauit eā primo circulariter: postmodum quadrando circulauit eam circulo rotūdo: ꝛ tunc voluit significare eam esse bonefidei actioneꝫ: dum quadrauit eam voluit significare eam esse stricti iur̄. Tex. qd in oibus casibus: preterq̄ꝫ in ꝑmutato ꝛ estimato. ¶ Itē not. ꝙ rerum ꝑmutatio obtinet vicem emptionis ꝛ venditionis in aliquibus: sꝫ non in omnibus. Et rerum ꝑmutatio hꝫ similitudinem cum emptione ꝛ venditione in hoc: qꝛ sicut actio descendens ex vēditione est bonefidei: ita descēdens ex rerum ꝑmutatione: vt. s̄. l. proxi. in fi. ꝛ in ꝑalle. §. actionū. Itē qꝛ rerū ꝑmutatio est proxima emptioni ꝛ venditioni: vt. ff. e. l. j. In aliquibus habet dissimilitudinem: quia emptio ꝛ vēditio est contractus nominatus: sꝫ non permutatio: vt. ff. e. l. j. Item qꝛ vēditio contrahitur solo consensu: vt. s̄. de contrahen. emp. ꝛ vendi. l. ij. sꝫ ꝑmutatio re ipsa vt hic. ꝛ. j. l. pxi. Item emptio ꝛ vēditio ab initio est pactum vestitum: sꝫ rerum ꝑmutatio est pactum nudum: vt. j. l. proxi. Itē in venditione si tradidi tibi rem venditam. si non tradis preciꝫ: nō possum rēpetere datum: quia conditio ob causam nō habet locum in cōtractibus nominatis. sed in rerum ꝑmutatione secus: quia possum repetere datum conditione ob causam da. vel agere prescrip. verbis vt seruetur conuentum vel interesse prestetur: vt. s̄. l. proxi.

x placito. Segnori in. l. ista similiter tractatur de ꝑma parte rubrice. Et in ea dicitur. conueni istū meum. C. cum tuo. ff. permutare omnibus integris existentibus. pactum nudum est: ꝛ ex eo non datur actio nisi illud pactum eēt stipulatione vallatum: quia tunc posset agi ex stipulatione. Sed si res iteruenīat: quia trado tibi. C. ꝛ tu modo vis mihi tradere. ff. hic reipsa rei interuentu vestitum est pactuꝫ: ꝛ iō potero te cōuenire ꝑscrip. ver. vt serues conuētum vel interesse prestes. Itē potero te cōuenire conditione ob causam da. vt. C. meū tibi traditū mihi restituas: cū non tradis mihi ff. tuum. hoc dicit ista. l. videte litteram. Tex. ex placito. idest nudo pacto: vt. s̄. de pactis. l. si pacto. Tex. subiecta. i. nisi promisissem per stipulationeꝫ stare conuentioni. Tex. actionem. i. certi conditionem ex stipulatu ad penam promissaꝫ. si promissa est certa pena: vel ex stipulatu ad interesse: vt insti. de verbo. obliga. §. j. ¶ Oꝛ segnori super. l. ista tractandum est de apicibus iur̄. Queritur hic quare pactū permutationis est nudum omnibus alijs integris existētibus. verbigratia. conueni. C. meum cum. ff. tuo permutare. si nec inuicem stipulamur: vel non trado tibi nec tu mihi: nuduꝫ est pactum: ꝛ ideo non parit actionem: vt. s̄. de pactis. l. legem. Et ꝙ sit nudum pactum ita probo. non est vestitum re: quia non est de illis obligationibus in quibus ab initio re ipsa contrahitur obligatio: vt est mutuum: vt insti. quibus mo. re contra. ob. in prin. Item non est vestitum verbis si stipulatio non est secuta: vt insti. de verbo. obliga. in prin. Item nō est vestitum litteris: quia littere non interueniunt: vt insti. de litterarum ob. in prin. Item rerum permutatio non est vestita consensu: quia non est de illis obligationibus in quibus solo consensu nascitur actio: vt insti. de ob. que ex consen. nas. in princi. Item non est vestitum coherentia contractus: quia non proponitur contractum esse vestitum precise: vel subsecutum esse. Item non rei interuentu: quia alter alteri non tradiderat: vnde quia nudum pactum est non parit actionem. Sed si stipulatio intercessit est vestituꝫ: vt. s̄. de pactis. l. petens. Item si alter tradit est vestituꝫ rei interuentu: vnde habet locum prescrip. ver. vel conditio ob causam da. ad repetendum qd datum est vel ad interesse: vt. ff. eo. l. j. ¶ Sed vltra procedamus. Nam hic dicitur ꝙ pactuꝫ permutationis oibus integris existentibus est nudum. Sed si trado tibi. C. meum rei interuentu vestitur pactum ex parte mea ꝛ habeo prescrip. ver. vel condi. ob cām ad repetenduꝫ datum. Oꝛ dic mihi. vnde oritur hec actio? ex pacto ꝑmutationis non: qꝛ nudum. Rei interuētu non: qꝛ certi sunt modi quibus ꝯhitur obligatio: ꝛ iste nō est de illis: vt. ff. de act. ꝛ obli. l. obligationum. vnde est inefficax: vt. ff. de act. ꝛ ob. l. nāles. Si dudum postea trado nascitur prescrip. ver. nō ex rei interuētu. sed propter rei interuentum nascitur ex pacto permutationis tm̄: dudū antea inito: vt. ff. de pac. l. iurisgentium. §. j. Simile est in actione tutele: qꝛ nascit̄ finita tutela nō ex fine gestionis: sꝫ ex tutela antea administrata: vt. ff. de tu. ꝛ ra. dis. l. j. in fi. Simile in directa pigno. actione: vt. ff. de pig. actio. l. si rē. §. ois. Simile in actione pro socio que nascitur finita societate nō ex fine societatis: sed demū ꝯtracta societate: vt. s̄. pro socio. l. tādiu. Simile est ēt si mutuo tibi pecuniam alienam non incōtinenti nascit̄ actio: vt. ff. si cer. peta. l. ij. §. appellata. sed duduꝫ postea consumpta pecunia nascitur ex precedentī obligatione: vt colligit̄. ff. de fideius. l. siquis pro eo. §. si nūmos.

Um precibus. In. l. ista dicūtur duo. Primo dicitur. si conueni meum fundum certum cum domo tua certa permutare: ꝛ fundum tibi trado. si nō tradis mihi domū: nō licet mihi fundum meum quē tibi tradidi vēdicare: si alteri vendidisti: sꝫ potero te ꝯuenire vel successores tuos si stipulatio intercessit: ex stipulatu ad penam vel ad interesse. Secūdo dicitur. si nulla stipulatio intercessit possum agere prescrip. ver. vt serues fideꝫ. ꝑmissi. Tex. cū precibus tuis. i. in libello precum tuaruꝫ expresseris. Tex. placitum. i. pactum. sic. s̄. l. proxi. Tex. non prohiberis. sub. ad penam certe quātitatis: si est adiecta stipulatio: vel ad interesse act. prescrip. verbis: vt. ff. de arbi. l. diem. in fi. Tex. restituatur. vnde potes agere prescrip. verb. vt seruetur tibi conuentum vel interesse prestetur: vt. ff. e. l. j. in fi. ꝛ. ff. de rerum permuta. l. j. in fi.

Uoniam. In. l. ista dicit̄. Pater meus ꝑmutauit tecuꝫ quēdā suū fundū cum domo tua: postea pr̄ meus tradidit tibi fundū: tu nō vis ei tradere domū tuaꝫ: nunqd pr̄ meus vel ego si ei successi poterit te conuenire? Certe sic: vel actio. ꝑscrip. ver. vt ꝯuentuꝫ huer̄ vel interesse prestetur. vel cōdi. ob cām: vt qd dedisti tibi restituatur quasi cā non secuta. Tex. hac conditione. i. pacto. Tex. certam acciperet. ꝛ ita colligitur hic ꝙ rerum permutatio est de re certa ad certā. Sed cōtractus innominatus do vt des: nō vt plene dixi. s̄. eo. l. j. Tex. iubebit. nam fundum datum a patre tuo poteris repetere condi. ob causam; vt. s̄. l. proxi. ꝛ. ff. e. l. j. in fi.

Rebus

Rebus. Segnori de pᵐa parte ru. brice hucusqꝫ dictum est. de scdͣa pte rubrice agiť hac .l. Et not. in .l. ista dr̄. Si trado tibi fundū eo pacto vt scribas mihi. C. indubitāter istud pactū appositum in traditione rerū parit actionē pscrip. ver. vt serues cōuētum. s. vt scribas. C. vel interesse prestes. hoc dicit ista. l. videatis littere expositionem. Tex. certa lege. i. pacto. Simile no. ff. de depo. l. j. §. si conueniat. Tex. ciuilem. ideo dicitur ciuilis: quia iure ciuili fuit introducta: vt. ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde. Item ciuilis dicitur qꝛ ex equitate ciuili datur. vbicūqꝫ enim ex equitate ciuilis actio datur: prescrip. ver. dicitur: vt. ff. eo. l. quotiēs. ⁊. l. si tibi polli. ⁊. l. quia actionum. ⁊. l. duo. Et ideo dicitur incerta: qꝛ datur ad interesse: qḋ est incertum prima facie vt. j. de sen. que pro eo qḋ interest profe. l. vnica. licet postea certificetur per iudicem: vt instit. de actio. §. curare. Sic ⁊ stipulatio dr̄ incerta eo ꝙ incertū cōtineť in ea: vt. ff. de verbo. ob. l. vbi aūt. in fi. Et ita prescrip. ver. actio cū opponitur in rerū traditione est stricti iur̄. vt insti. de actio. §. actionum. Tex. demonstrat: vt. j. de dona. l. cum res. ⁋ Unde no. ꝙ pactū appositū in rerū traditione: quando est vestitum rei interuentu vel coherentia contractus: parit actionem prescrip. verb. vt. ff. de pactis. l. iur̄ gentium. §. quinimmo. ⁋ Item no. ꝙ pactum appositū in traditione rerum seruandum est vt hic. ⁊. ff. de pac. l. traditionibus. Sed fallit in casibus. Primus casus est. si numero tibi pecuniam: ⁊ in ipsa traditione appono pactuꝫ ꝙ tenearis ad vsuras. nam istud pactum non parit vsuras: qa vsure circa vinculum stipulationis non debentur: vt. s̄. de de vsur. l. q̄uis. Item fallit in alio casu. nam ecce si dono tibi locum ne monumentum ibi fiat: vt. ff. de religi. ⁊ sum. fu. l. quod si locus. Item fallit etiam si vendo tibi seruum eo pacto vt exportetur extra prouinciā: vt. ff. de seruis expor. l. seruus ea lege. Item fallit vbi est tale pactum factum per quod volo mihi querere dominium etiam aliqua re: quod per factum solūmodo fieri non potest: vt. ff. de pactis. l. traditionibus. nisi in casu vbi est vtilis in rem: vt. ff. de in diem adiecti. l. iij. §. j. ⁊. ff. de contrahenda emptione. l. si quis hoc pacto. Item fallit ꝙ ex pacto apposito in rerum traditione non habet nouari actio: vt. s̄. si certum peta. l. si ex precio. ⁊. j. de iur̄ do. l. auia. Item fallit si mutuo tibi. x. ⁊ in ipsa mutatione paciscor ꝙ reddas mihi. xx. nam tale pactum nō est seruandum: vt. ff. de pactis. l. si tibi. x. in princi. Et est rō specialitatis. quia non potest quis se obligare vltra id qḋ numeratum est: vt. ff. si certum peta. l. rogasti. §. j. Item fallit vbi pactum appositum est turpe: vel a legibus reprobatum: vel impossibile: vt. ff. de pactis. l. si vnᵒ. ⁊. l. si pacta. ⁊. l. cōtra iur̄. ⁊. ff. de reg. iur. l. impossibiliū. Item fallit. ff. solu. matri. l. quotiēs. Itē fallit. ff. de distractio. pigno. l. si creditor. §. vlti. Item fallit. ff. de pactis. l. penul.

Emptionem. In .l. ista dicit. Conueni cū calimaco ⁊ acamaco de tali pmutatiōe faciēda: qꝛ ꝯueni eis dare certā modiationē frumēti: ⁊ ipsi cōuenerunt mihi dare. c. cados olei: nunquid ista conuentio est emptio ⁊ venditio: an rerum permutatio? Rn̄detur ꝙ nō est emptio: qꝛ non pōt fieri de re ad rē: sed est rerū pmutatio. Igitur si illud pactū est stipulatione vallatū: ex stipula. agere potero. Sed si nō est stipulatione vallatum potero agere prescript. ver. vt serues cōuentum vel interesse prestes. Tex. pridē. i. antiquis. Tex. placuit. qꝛ emptio non pōt fieri de re ad reꝫ: sed de re ad certam quātitatem: vt colligiť. ff. de contraben. emp. l. j. Tex. potes. sed ⁊ pōt agere prescrip. ver. vt seruetur conuentum vel interesse prestetur: vt. s̄. e. l. j. in fi. ⁊. l. cū precibus. sꝫ si stipulatio esset interposita: posset agi ex stipulatione: vt. s̄. e. l. ex placito.

